ue fabulam & ludum agit, quem à magistro suo didicit, aut
ırrari sibi in aurem passus est: Quin imo, sunt proh dolor!
unquam mera tantum περιπετάσματα & vela, quibus Magna-
Proceres mundi huius, morbos animi sui, puta malitiam,
ctæ studium & ambitionem, tegunt atque operiunt, vt hac
ıe optimos quosque & innocentissimos, quos molitionibus
ıiquis obstare vident, non tam odio aut animi quodam mor-
ıam solius veritatis studio & Dei amore, opprimere, proscri-
e è medio tollere videantur. Mundus siquidem decipi vult,
iabolo, si modo larua aliqua speciosa tectus sit, neutiquam
ıret. Noli mihi credere, Benigne Lector, vide sis quid ipse *Bezæ iudicium de Cõcilijs.*
in Epistola sua quam Translationi N. T. præfixit, & Principi

Condæo Ludouico Burbonio inſcripſit, iudicet.

Alij Concilia & Veteres Canonas ſibi proponant, præfixis etiam m[...] ficis titulis quaſi inde ſarcienda ſit Eccleſiæ concordia ſed infælici ſuc[...] Multas enim Synodos (de ijs loquor quæ non ſunt aperte damnandæ) [...] etiam quæ ad doctrinam ſpectant, neſcio an quiſquam nunc ignoret no[...] ſcurè tantum ſed etiam imperitè ſæpe iudicaſſe. Itaque Prouinciales [...] Generalibus ſunt correctæ. Sed quid ſi Prouinciales interdum rectius [...] Vniuerſales ſenſerunt? Hoc autem ita eſſe facile animaduertet, qui [...] vel vnicam Gangrenſem, cum multis quas OEcumenicas vocant, co[...] rarit. Omitto quod ipſa temporum hiſtoria manifeſte probat, optimis [...] illis temporibus, (ſi cum poſterioribus conferantur) eam fuiſſe nonnull[...] Epiſcoporum partim ambitionem, partim futilitatem & ignorantia[...] multorum etiam apertiſſimam ac deſperatiſſimam improbitatem, vt [...] nam plane cœtibus eorum præfuiſſe, vel ipſi cæci facillime perſpiciant.

Si hęc fatente Beza ipſo, antiquis & celebratis illis maxim[...] vicinis Apoſtolorũ temporibus, quin in ipſis etiam OEcume[...] & Vniuerſalibus Synodis & Concilijs manifeſte locum habu[...] & acciderint, mirumne eſſet, ſi hoc noſtro deprauato & in ſe[...] vergente ſæculo ſimile quid aut deterius contingeret? Quò p[...] us à ſcaturigine ſua abeſt riuus eo limpidior & defæcatior, flu[...] longius paulo abceſſeris, lutulentior & turbatior it, ſecum ra[...] & trahens quicquid obuium fit cœni & fœculentiæ. Neque [...] abſimile vero videri debet ijs, qui, cum antehac ſeſe Concili[...] authoritate premi atque vrgeri ſentirent, in ore & in promtu [...] per habere ſolebant, celebratum illud *Nazianzeni* cogno[...] Theologi, qui circa primi & celeberrimi illius Concilij Ni[...] tempora natus cum eſſet, & per ſexaginta quinque annos int[...] non paucis Synodis ac Concilijs interfuiſſet, in hanc ſe[...] tiam tandem ad Procopium Epiſt. 42. ſcripſiſſe legitur. *[...] animo affectus ſum, vt omnia Epiſcoporum Concilia fugiam, quia n[...] Concilij finem lætum fauſtumque vidi, nec vllum, quod depulſione[...] tius, quam incrementum malorum habuerit.*

Gregorij Nazianzeni iudicium de Concilijs.

Hinc factum eſt, vt antiquis illis temporibus multi magn[...] minis, & famæ non obſcuræ Epiſcopi ad Concilia vocati acce[...]

Epiſcopi qui ad Concilia vocati ac-

ſtauerint, vbi videlicet animaduerterent ea indici & cogi, *cedere recuſarunt,*
eritatis propugnandæ ſed vel impiæ doctrinæ vel aliquorum
tię cõſtituendæ cauſa. Cæſar Conſtantinus indixerat Con-
ı Antiochiæ, Maximus autem Epiſcopus Hieroſolymitanus *Maximus, Epiſcopus Hieroſolymitanus.*
ſi non longum eſſet intervallum, eò non venit, propterea
& Cæſaris animum & quid Ariani molirentur Epiſcopi, ſci-
thanaſius etſi Tyrum venit in Concilium, tamen non diu *Athanaſius*
it, quod primores Concilij videret, accuſandi ſimul & iudi-
partes vſurpare, & quod ſummiſſos contra ſe quoſdam in-
ret eſſe accuſatores. Syrmij, oppido Pannonię, magnum fuit
Concilium aduerſus Photinũ, res enim erat ardua, & quam-
Cęſar Epiſcopis vt eo venirent mandabat, Occidentales ta- *Occidentales Epiſcopi.*
ıon obtemperabant, cum Arianorum turbam ibi creuiſſe
duerterent, & fore ſuſpicarentur vt falſum ibi dogma decer-
ır. Erat tunc magni nominis Oſius, Epiſcopus Cordubẽſis,
Cæſar Arianorum hortatu iuſſit ex Hiſpanijs eò quoque
; cum veniſſet, ratum habuit captioſum illud Symbolum
enſe quod ingentem poſt Eccleſiæ diſſipationem excitauit,
ehenditur Oſius hanc ob cauſam ab Hilario, qui non inter- *Hilarius.*
yrillus Epiſcopus Hieroſolymitanus, ad eorum conuentus *Cyrillus.*
ıriſtum eiuſdem eſſe cum Patre ſubſtantiæ negabant, num-
venit, & fertur omniũ primus à Concilijs appellaſſe ſcrip-
diolani fuit inchoatum Concilium, eoque conuocati per
m Epiſcopi: cum vero Paulinus Epiſcopus Treuirenſis & *Paulinus.*
dam pauci viderent Auxentium Epiſcopum Mediolanen-
que ſocios moliri quædam ſiniſtra, diſceſſione facta Conci-
lud diſſiparunt. Chryſoſtomus ab æmulo Theophilo ad *Chryſoſtomus.*
ium Theodoſij mandato conuocatum, quater & amplius
tus venire noluit, ne eoſdem hoſtes & iudices haberet: *Parai notatu dignum conſilium.*
conſiderans Paręus tanquam notatu dignum factum in hęc
rupit, Irenici ſui pag. 34. *Neque profecto nos ad Concilium tale veniat authores cuiquam fuerimus, vbi eoſdem habeat aduerſarios es:* Quo dicto non obſcure innuit, idem quod tum tem-
hoc noſtro accidere atque euenire poſſe.

Hæc cum ita ſe habeant, profectò perperam admodum il[...]mus, ſi credimus nos iam pridem ſupra hæc vitia & morbo[...]ſiſtere, noſtrumque æuum ab hiſce inquinamentis prorſus i[...]ne eſſe, quin contra potius ſtatuendum nobis eſt, Si hæc in [...]ligno facta ſunt, quid fiet in arido? Sæcula quo diutius dura[...]magis vergunt in peius, & inſtar cloacarum admittunt atqu[...]trahunt omnis generis fæces ac ſordes vitiorum, adeò vt ipſ[...]ſi quando ætatem aliquã conſequantur & longa conſuetudi[...]borentur ac firmentur, id eſt, ſi Dijs placet, antiquitatis titul[...]lientur, vitia eſſe deſinant apud poſteros, & paulatim vir[...]optimarum nomine veniant.

Et ne longe abeamus, en luculentum ſpecimen exhibi[...]Synodo ſiue potius Cõciliabulo nupero Dordraceno, ad q[...]tus fere Orbis Chriſtianus reſpexit, quod tanto molimine [...]Contra-Rem. vt tanquam Panacæam quandam, omnium n[...]rum & paroxyſmorum in Belgica Eccleſia nuper ortorum, [...]deliter graſſantium præſentiſſimũ remedium futurum clar[...]& contenderent: vna omnium Contra-Remonſt. vox erat: [...]dus Synodus! Niſi Synodus conuocetur aurora non illuceſ[...]triæ noſtræ. Inſpice & perluſtra quęſo arcana huius ſacri C[...]abuli, examina atque expende quibus modis illud coactur[...]convocatum, deinde quæ ratio agendi in eo obſeruata fuer[...]nique quæ dogmata in eo approbata & ſtabilita ſint, & co[...]tum quale æuum ſit in quo nunc viuis & degis.

CAP. I.

Duo complectitur, 1. Qua ratione & modo Synodus Dordracena indicta [...] uocata ſit, 2. Quæ in ea procedendi ratio cum Citatis Remonſtr. obſe[...]



VT manifeſtè & breuiter liquere poſſit quomod[...]uocata ſit hæc Synodus, ſiue quales ad eam cel[...]dam aduocati ſint, operę pretium erit animum t[...]aduertere ad Sententiam non ita nuper cont[...]riſſimum & Patrię ſuæ amantiſſimum Virum, ſæculi huiu[...]

cem H. Grotium, à delegatis ad eam rem Iudicibus latam,
Priuilegio Ord. Generali. typis editam, quippe in ea id
ætera crimini datur Viro Clarissimo: *Quod in Anglia cum
rtatu & suasu Ioannis ab Oldenbarnuelt, tentauerit & explora-
opius animos Episcoporum, vt si quidem res Synodum postulatura
rum aliqui qui a prædictis nouitatibus non vrorsus abhorrerent, ad
ari possent.* Ex hac sententia manifestum fit, id operam de-
s, qui Synodum indixerunt, vt ex vicinis Regnis, Prouin-
Rebuspublicis alij non vocarentur, quam quos professos
strantium aduersarios, & Sententiam eorum Nouitatis
laturos, dubioque omni procul damnaturos esse multo iam
quido constabat; quin imo, de quibus antea quales essent
a exploratione facta (quod ipsum tamen crimini datur D.
) persuasissimi erant, prout hoc ipsum manifestum facere
Illustrissimus Princeps Anhaltinus, quem, priusquam de
gis ipsius vocandis quippiam statuerent, ante omnia per
am rogare consultum duxerunt, vt Confessionem Theo-
n suorum transmittere non grauaretur, exploraturi scilicet
e ea per omnia cum Confessione Ecclesiarum Belgicarum
iret, & exinde deliberaturi anne consultum esset Theolo-
altinos cæterorum Theologorũ ordini adscribere, eosq;
dum vna cum reliquis vocare: qui isto ipsorum proposito
uerso, id non sine dedignatione & indignatione aliqua fa-
rectauit.

irmant id euidenter testimonio suo omnes fere Theologi
Actis Synodi Nationalis à Contra-Remonst. editis. Ge-
s primi & veluti antesignani in literis suis fiducialibus om-
anifestissime produnt quo animo erga Remonstrantes eo-
caussam fuerint cum suos ablegarent ad Synodum, *vt,*
n, *fures qui irrepserant in Ecclesiam arcerent & pellerent; Fures,*
à quibus fidei Articulos quos oportuisset immotos.N.B.*& in bo-
entiæ thesauro repositos, contentiosis disceptationibus & suspe-
tionibus turbari & concerpi cernebant, à quibus Confessiones ex
i depromtas & tot Martyrum sanguine cõprobatas damno verti,*
inge-

ingeniorum acies & ſtylorum mucrones in viſcera materna condi, he iam olim exploſas Arianorum & Pelagianorum hæreſes in vitam a dolent, aliaque ſimilia. Ioſephus Hallus in Latina ſua adhorta o qua Synodum adfatus eſt, diſerte hæc refert. *Rex Magnæ Bri nıæ nobis ın mandatis dedit, illud totis viribus vrgere, illud vnum care, vt receptæ hactenus fidei communique & veſtræ & aliarum Ecle rum Confeſſioni adhærere vſque velitis omnes*. Idem repetunt i fi iudicij ſui ſuper Quinto Articulo Remonſtrantium Epiſcop cæterique ad Synodum delegati Theologi Britanni, poſt je tum in Synodo ſolemne iuramentum de nullis ſcriptis hu ſed ſolo Dei verbo pro certa ac indubitata fidei regula adhi cum aiunt pag. 224. *Hoc certe Sereniſsimus noſter ac Potent Magnæ Britanniæ Rex, Fidei Chriſtianæ defenſor ac propugnato acerrimus, imprimis curauit, cum nobis huc deſtinatis, in mandatis vt publicam Eccleſiæ veſtræ pacem moderatioribus conſilijs pro noſtro promoueremus:* ac *vt venerandos Symmyſtas in Synodo hac coactos, hortaremur ne quid in decretis Synodicis, quod contrauen ceptæ doctrinæ in tot publicis Eccleſiarũ Confeſſionibus conſignatæ tur*. Quid reliqui Theologi in mandatis habuerint non l quia *literas fidei non ad Synodum ſed ad Illuſtres ac Præpotente Generales omnes attuliſſe dicũtur in Actis Synodicis, nonnulli ver ſpeciales ad Illuſtriſſ. Principem Arauſicanum quibus delegationes probarunt*. Cæterum quo affectu erga Remonſtrantes ad dum acceſſerint teſtatum fecerunt, eo ipſo quod multo quam Remonſtrantium Sententia & cauſſa audita aut cogn ſet, omnes fere & ſinguli (ſolis Theologis Heluetijs excep declarationibus ſuis ſuper Proteſtatione & exceptionibu R monſtrantium contra Synodum, aperte non tantum dam rint Sententiam Remonſtrantium, ſed eoſdem etiam nou hereſeos & ſchiſmatis authores fecerint.

Theologi Britanni aſſerunt pag. 97. *Remonſtrantes rece doctrina communiter recepta*, (nota quod a Rege in mandatis buiſſe dicant ne quid ſtatuatur quod receptæ doctrinę con niat; hic a. à communiter recepta doctrina receſſiſſe R

tes aiunt.) *initium & caussa separationis exstiterunt.* Theologi ini dicunt pag. 99. *Contra-Remonstrantes à Remonstrantibus s fuisse ad faciendum secessionem: Remonstrantes Nouatores vo- ui schisma fecerunt a doctrina & ab εὐταξία Ecclesiasticâ.* Hassi dere significant pag. 100. 101. à Remonstrantibus *priua- à doctrina in Ecclesijs recepta discrepantes opiniones dissemina-* . Geneuenses, Bremenses, Emdenses, passim fere eos qui iodo sedebant Prouinciales Theologos *Ecclesiam veram & loxam* vocant, Remonstrantes vero *ἑτεροδόξους, Nouatores, imo ores* &c. Hæc tam atrocia & sinistra iudicia ante vllam e Remonstrantium cognitionem calidè prolata, satis ar- : quomodo erga Remonstrantes, eorumque caussam ani- uerint Theologi exteri qui ad Synodum vocati fuerunt: Theologi Heluetij prudentiores æquioresque sese erga nstrantes præbuerunt, ne partium studio cum cæteris ti viderentur, cum non obscurè reliquorũ Theologorum & intempestiua iudicia taxauerint, sententiamque suam e Remonstrantibus quam de Contra-Remonstrantibus ad plenam caussæ cognitionẽ reiecerint ac suspenderint nquiunt pag. 102. *Cæterum vt criminatio acerba est veneran- nc Synodum apellare schismaticam, ita intempestivum nobis non diffitemur, Remonstrantes criminis eiusdem, hoc quidem e, agere reos & condẽnare; est enim venerãda & sancta hæc Syno- gregata eum in finem, vt Doctrinam Remonstrantium proposi- xplicatam defensamque audiat, ad Dei verbum probè examinet, vel veritate vel falsitate pronunciet. Eousque igitur senten- e schismate, eiusque authoribus suspendendam esse sentimus, quidem pars ea, quæ post examen conuicta fuerit doctrinæ erro- c ipso schismatica quoque intelligetur, nisi cum corpore, à quo se auulsam, rursus coalescat.*

huiusmodi quidem professi aduersarij cum fuerint exteri logi, Pastores & Philosophi qui in Synodo ista compa- nt, quales, Benigne Lector, fuisse Prouinciales Theologos , quos certo certius est etiam ex numero eorum qui in *Qui & quales Prouinciales ad Synodum vocati fuerint*

par-

particularibus ſingularium Prouinciarum Synodis, ad quan
niſi Anteſignani Contra-Remonſtr. deputati erant, cone
rant, inſuper veluti delectu habito, ſegregatos & ſelectos ſil.
Si fidem certam tibi fieri velis, conſidera Anteſignanorum
primipilorum nomina, percurre virulenta eorum ſcripta
contra Remonſtr. ab ipſis non ita multò ante conuocatam
nodum edita ſunt, expende eorum pluſquam hoſtilia
monſt. acta, examina eorum amarulentas criminationes,
nitias conciones, clandeſtinas coitiones, conſpirationes,
mata, rebelliones, invectiuas pluſquam Philippicas, & co
veluti ex plauſtro quotidie dicta, aliaque his ſimilia, &
quales ij fuerint, cum iudicio apud te collige.

Bogermannus Synodi præſes.

Synodi Præſes annon profeſſus aduerſarius & tantum
capitalis hoſtis omnium eorum, qui ab ipſo ſeorſim ſenti
cętus ſuos in Patria noſtra habent, potiſſimum vero Rem
in hiſce controuerſiis? Annon patronũ acerrimum peſti
exitialis illius ac iam pridem à non paucis etiam Conti
monſt damnati de hæreticidio placiti, eſſe, lippis & tonſ
maximè in Friſia vbi degit, notum eſt? Annon is eſt, qui v
ris fide dignis accepimus, veluti Dictator quidã propria
ritate ſua, inconſultis ijs quibuſcum ad Synodum deput
omnia communicatis vt par erat conſilijs, agere iuſſus
cum ſuis tantum pauculis coniuratis fratribus & factioni
omnia priuatim & ſeorſim contra Inſtructionis ſuæ te
egit, & huiuſce criminis reus actus imo convictus eſt in S
nupera Prouinciali Friſica? An non ille is eſt, cui (o iuſta
ſis!) *artes, fraudes & mendacia ſua* (quibus titulis ille inno
inſontes Remonſtr. in Synodo, ſuopte arbitratu iniuſſus
ter omnem rationem oneratos ac grauatos tanta cum ac
te & amarulentia dimittebat, vt pænitentia tactus, veni
poſtea petendam iudicaret) adeoque ambitio & φιλαργυ
lam publicèque exprobrata & in os obiecta ſunt, quo
præter ſummam 13 florenorum, qua quotidie quis cred
uiſus fuerat, inſuper 29 dierũ vacationes, id eſt ſummã t

n ſeptuaginta ſeptem florenorum in rationes adduxerit? Et
uidē ſanctiſſimus vir Synodi huius choragus & προεστὼς fuit.
ribas ſiue Actuarios Synodi quod attinet, quis neſcit eos *Scribæ Synodi*
os hoſtes & Remonſtr. infenſiſſimos & infeſtiſſimos mul-
tro ante annis fuiſſe, & id vbique qua clam qua palam te-
n feciſſe? Quibus etiam non eſt nota perfidia eorum? Feſti *Feſtus*
ommij in edendis & pro arbitrio ſuo truncandis atque in- *Hommius.*
etandis Trelcatiorum ſcriptis, non ſine magnorum viro-
rauiſſima indignatione? Similiter in propalandis peſſima
Epiſcopij Diſputationibus priuatis, alijſque cum Senatu
ſiaſtico, Vrbico & Claſſicali, Leidenſi rebus, popularis tur-
æſidio, geſtis? Dammanni verſipellis perfidia apparuit in
æ ab ipſo dicta factaque ſunt A° 1618. in Synodo Delfenſi, *Dammannus.*
tempore factioſi quorundam Contra-Remonſtrantium
rum conatus ſeſe prodere incipiebant, ſi cum ijs quæ non
ılto poſt egit conferantur. In Synodo etiam Arnhemienſi
a, per ipſum ea publicis Actis inſerta ſunt, quæ à vero &
ublica ſunt alieniſſima: vtriuſq; vero peruerſitas in conſig-
s Actis Synodi Dordracenæ luculenter demonſtrata eſt;
e in iſtis ea quæ ex re ipſorum erant, latè expoſita, quæ ex
ıus fore videbantur, omiſſa; quæ Remonſtr. cauſæ officere
iudicabāt, pro arbitrio ab ipſis recitata & conſignata com-
ıtur, & vt ne fucum quiſquam in Synodo olfaceret, non
oſt longum interuallum cum Acta obliuioni iam eſſent
a, recitata & recenſita ab ipſis ea fuiſſe certiſſimum
ıunc vero etiam non niſi contracta mutilata & truncata
rbitrio ipſorum in lucem dantur. Quis eſt, qui ignorat
ſit inidoneus D. Gomarus, qui in cauſa Arminij & eo- *Gomarus.*
uos Arminianos indigitant, iudex ſedeat, quippe colle-
s, à quo primum hoſtilis omnis diſcordiæ ſignum datum
qui veluti fecialis bellum ei eiuſque ſectatoribus indixit?
ı manifeſtus inimicitiarum & partium ſtudioſus ſit Thyſi- *Thyſius.*
rderuicenus, farragines, centones & collectanea ipſius,
ue ijs prætexuit non minus amarulentę quam inſulſæ prę-

fationes teſtari poſſunt. Quam ineptus rerum noſtrarum a
Sibrandus Lubbertus. ſit Sibrandus, pluſquā fœminina animi ipſius in Remonſtr
impotentia, aſſiduæ cum collegis moderatioribus ſimult
& tantū non Vatiniana odia, quotidianæ triuiales & vmbr
ipſius invectiuæ & literæ in Remonſtrantes pluſquam pr
riæ teſtatum facere poſſunt. Quem vero mortalium, ſi
Polyander animum paulum aduertat, latere poſſunt Polyandri ſim
clandeſtina & nullis rationibus ſubnixa in Remonſtr. i
VValæus. atque amarulentia, VValæi manifeſtū ſchiſma & ſeceſſio
Henricus Arnoldi. rici Arnoldi Synodi Suythollandicæ Præſidis ſcilicet di
mi, profana & ſcurrilia in vrbe Delfenſi contra Remonſt
Triglādus. conſilia vſuræque pluſquam nauticæ, Triglandi impud
Mehnius. mæ ex ſuggeſtu in Remonſtr. debacchationes, Mehnij
Lydius. cabile in diſſentientes à ſe odium, Lydij Phariſaicæ & ſe
Colonius. in Remonſtr. Philippicæ, Colonij ſecretæ & clandeſtin
aduerſariis Remonſtr. conſpirationes, imprimis quand
Liberi Patris nonnihil aſperſum ſeſe cum paraſito & Sile
Heinſio ſentiret, frontemque liberalius, vti ſolet, exporr
Quis inquam eſt, qui horum omnium & plurium alioru
duelles animos & hoſtilia in Remonſtr. facta ignorat? N
lixum nimis foret, neutiquam profectò difficile eſſet, d
cortinis & leuato velo oſtendere, quales ij omnes fueri
fabulæ illius Synodicæ Actores dici merentur: Sed not
res eſt, quam vt quemquam ea latere poſſit, qui vel mini
endi cupiditate ducitur.

Quod ſi propius & penitius introſpicere hanc ſcæn
Quales fuerint hi Vocati ad Synodum ex ipſis Deputantibus liquere poteſt. uet, conſidera quæſo ſecundo loco accuratè, quales ij fu
quibus hi omnes ad Synodum deputati & ablegati fu
reperies fuiſſe partim Claſſes, partim Synodos, partim
ſtoria vt vocant, à quibus iam ante Sententia Remon
tantum horrendæ hereſeos, ſed etiam intolerabilis in E
falſitatis accuſata & Actis ſolemniter conſignatis d
fuerat. 2. a quibus Remonſtr. nulla alia de cauſſa, qua
Sententiam Articulis Quinque comprehenſam & ex

obare aut ſaltem non improbare ſe faterentur, exautho-
x miniſteriis ſuis moti erãt. 3. a quibus templa & cathedræ
icæ, inuitis ac nequicquã repugnantibus Conſiſtorijs, Claſ-
;, ipſiſque adeo vrbium Rectoribus ſiue Magiſtratibus, per
& violentiam ſchiſmatis formandi cauſſa occupata erant.
quibus oues Remonſtrantium eo quod ſyſtaticis & com-
datitiis Remonſtr. Paſtorum inſtructæ accederent à menſa
mmunione Cœnæ Domini prohibitæ & excluſæ, ipſæque
n ſyſtaticæ Remonſtrantium, veluti hæreticorum, pro ni-
habitæ & reiectæ erant. 5. a quibus crebræ & frequentes
ones, cõſulationes, ſubſignationes aliaque ad ſeceſſionem
monſtr. inſtituẽdam quin imo ſeceſſiones, & ſchiſmata pa-
publiceq; facta fuerant, nullam aliam ob cauſam quã vt ſeſe
ıque Articulorum hoſtes capitales profiterẽtur. Denique,
am multoties ante recuſauerant eodem cum Remonſtr.
conuenire, communibus cum ipſis precibus ad Deum quin
communi inter precandum reuerentiæ ſigno, puta capitis
tione, vti, atque ita fraternitatem vllam teſtari vel leuiſſi-
ndicio nefas duxerãt. Verũtamen vt huiuſce rei pleniſſima
fiat, en tibi APOGRAPHA eorum decretorum, quæ in pri-
Contra-Remonſtrantium conuentibus ante Synodum
onalem adverſus Remonſtrantes concepta ſunt.

*ıandoquidem Dominus Deus per Prophetam Ezechielem hoc in manda-
lit cuſtodibus domus ſuæ, vt fideliter proſpiciant, & de hoſtium aduentu
emoneant qui curæ ipſorũ concrediti ſunt, futurum alias, ſi ſecus faxint,
guinem ab illorum manibus repoſcat: nos verò infra ſcripti, tamquam
les præfecti domui Dei, hactenus non ſine animi dolore vidimus, quoſ-
ſſe, qui cum ex officio tenerentur iuxta ac nos Euangelium docere,* à
doctrina Chriſti & ſuorum Apoſtolorũ, nec non formulis vni-
Catechiſmo & Cõfeſſione defecerint, *quibus in muneris noſtri in-
ſubſcripſimus, neque cauſam vel minimam videmus, propterquam ab iis
ndum nobis ſit; adhæc obſeruamus eos, qui ſe* Remonſtrantes voca-
doctrinæ diuinæ & Ieſu Chriſti meritis derogare, eos verò qui
inæ puritati adhærẽt, apud Magiſtratus in ſuſpicionẽ adducere,
mquã refractarios aduerſus DD. Ordinũ authoritatẽ traducere,
editioſis habere, & adhibitis ciuilibus pœnis, cultum ipſorum

per Magiſtratus impediri omni conatu, interea verò temporis ſuum ſpargere,& qui ipſis patrocinentur inuenire, *intermittere n-tuimus quin hoc ipſo ſcripto teſtemur fratres illos qui ab eiuſmodi Eccleſi turbatoribus & cordolijs ſe ſeparant, rectè facere, iuxta verba Apſt Rom.16.17. Precor autem vos fratres vt ſpeculemini diſſidiorum & ſca-rum authores præter doctrinã quam vos didiciſtis, & declinetis ab ijs; & 7. verſ. 10. 11. Si quis venerit ad vos & hanc doctrinam non adfert, ne r- eum domum, nec aue ei dicite. Qui n. dicit ei aue communicat operib. malis, quandoquidem nulla communio eſſe poteſt veritati cum men- Præterea nos ex officio teneri, vt iſtiuſmodi Remonſtrantes, quamdiu doctrinæ & Eccleſiaſtico ordini opponũt, & noxios Quinq; Articulos, & pretendunt Eccleſiaſticos Canonas tueri ſtudent*, agnoſcamus pro ijs quibus licitum nobis minimè ſit cõuentus vllos habere, & qu- membris noſtrorum cœtuum non habemus, *vtpote qui alium ſcopum & doctrinam, quam in hunc vſque diem habuerunt Chriſtus, A- ipſius & Reformatæ Eccleſiæ; Verum finaliter nos ab ijs, donec a doctr- deſiſtant, ſeparamus, tanquam qui aliud fundamentum ponere conant- vnquam adduci nos patiemur vllorum perſuaſionibus, qualiſcunque t- ſint conditionis, vt ab hoc propoſito recedamus, & cum Remonſtrãtibus modi nos recõciliari patiamur, quoad aliter hac de re in legitimâ Synodo dum dei verbum iudicante, ſtatutum fuerit; petentes à dilectis noſtris bus ſymmyſtis, eandem nobiſcum doctrinam & ordinem ſeruantibus,* dem ſibi eſſe mentem ſubſcriptione manuum ſuarum teſtent *iſta ratione concordibus & Chriſtianis ſtudijs* in bono opere nos deuinciẽtes, *Eccleſiam Dei fideliter regamus & incorrupto cibo verb- ni paſcamus iuxta laudabilem Eccleſiaſticum Ordinem hactenus ab E- Reformatis receptum; alij verò pro talibus apud Eccleſias agnoſcantu- Optimo cauſam noſtram commendantes, qui nos in hoc inſtituto ad v- finem gratioſe conſeruet. In veritatis teſtimonium nos infra ſcripti vna- bis in timore Domini*

Subſcripſimus 25. Ianuarij 1617. in vrbe Amſtelodamenſi &c.

Adrianus Iacobi adminiſter S. Euangelij in Eccleſia Harlemenſi.

Iacobus Alberti Camp. adminiſter Euangelij in Coedijck & Pan-

Petrus Plancius Præſes.

Iohannes Hallius adminiſ- Euangelij Amſtelod.

Iohannes Boudewini ſeni- gienſis.

es.
nus Hermanni senior Ec-
siæ dolentis Alcmariæ.
nes Georgij administer ver-
uini in Ecclesijs dolentibus
sunt in Soetermeer, Ha-
vvouda, Zeuenhuysen,
thuysen.
l Bonius concionator in
t Amers, Scriba.
ius Matthiæ ephorus Ec-
æ dolentis HasersWoudæ.

Henricus Hondius senior Hagiensis.
Signum Theodori Verduldich diaconi Ecclesiæ dolentis Goudæ.
Petrus Iacobi senior in dolente Ecclesiâ Brielæ.
Iohānes Lydius seruus Iesu Christi OudeWatriæ.
Rutgerus Huygens senior Ecclesiæ dolentis Schoonhouiæ.
Nomine Præsbyterij Ecclesiæ dolentis Rotterodami subscripsi Adrianus Adriani Hauelaer.

A ographum literarum fiduciariarum, quibus instructi fue-
, qui superius, decretum Classibus exhibuerunt.

n est fratribus Ecclesiarum Australis, & Borealis Hollandiæ, qui in Amstelodamensi propter grauamē dolentium Ecclesiarum comparue- osdam fratres delegare ad fratres Classium, qui grauati fuerunt vna s fratribus suis subscribere Actis siue decreto secessionis *inter Re- ntes & Contra-Remonstrantes, eum in finem vt ijdem nomine huius modis rationibus alios fratres ad* intermissam illā subscriptionē ieant, *& simul apud eosdem procurent*, vt pecuniæ colligantur in olentium Ecclesiarum, *vtque aliquos ex suis deputent, qui com- n conuentu Amstelodamensi ad 10. Aprilis 1617. Ideoque ad fratres N. miserunt N.N.N. administros SS. Euangelij in N.N.N. ro- atres vt hos ipsos omnium nomine excipere & fidem ijs habere velint, tissimum nobis futurum erit, Actum 8. Mart. 1617. subscripserant*

Petrus Plancius Præses.
Iohannes Lydius scriba.

A ographum primi decreti concepti in conuentu, ad mu-
liberationes conuocati Hagæ Comitis 24. & 25. Iulij
uod decretum Vnionis vocatur.

oquidē Ecclesiastæ quidā aut Ecclesiasticæ personæ ausæ fuerunt clam ere inito se mutuum obligare, & non conscijs nedum approbantibus iis aut symmystis, certam Remonstrantiam qua particularis ipsorum senten-

ſententia de electione ad ſalutem, efficacia mortis Chriſti, gratia Dei e
& perſeuerantia verè fidelium continetur Nob. ac Potentibus Hollan
VVeſtfriſiæ Ordinibus exhibere Anno. ..... petentes vt in illa ſe
publica eorundem Ordinum authoritate aduerſus iudicia & cenſuras
arum protegantur, & ſimul aperte ſatis indicantes habere ſe conſider
ſuas ad formulas vnitatis, nempe Confeſſionem & Catechiſmum har
gionum; ad hæc in editis ſuis libris oſtendunt, ſe ab alijs quoque capitib
doctrinæ deficere, quam in ijſdem libris odioſis conſequentijs grauant,
ſtantiſſimos Eccleſiarũ Doctores turpiter traducunt, ita vt in hunc vſq
accuratè ſciri non potuerit, quæ ipſorum ſit fides, & præterea non adh
Eccleſiaſticis Canonibus in Synodis Nationalibus aliquoties approba
magno Eccleſiarum commodo ac ædificatione in his regionibus receptis:
omnibus florentiſſimarum Eccleſiarum in his regionibus pax turbata eſt
ones ac ſchiſmata excitata; quodque etiam non ceßent ſententiam ſuam
nibus ac ſcriptis ſpargere, & plures in ſententiam ſuam pertrahere: Qu
incommoda vt poſthac, quoad fieri poteſt, vitentur, vtque maioribus m
curratur, viſum fuit nobis Eccleſijs, & Eccleſiæ ſeruis, concionatoribu
ribus & diaconis, recens vel olim ad hæc munera electis, ad conſeru
doctrinæ puritatem & bonum Eccleſiarum ordinem, arctiorem & pr
inter nos inire mutuæ vnionis rationem, promiſimuſque ſanctè & p
mus ſinguli viritim, nos ſub obedientia Nob. & Præpo. Ordinum ha
gionum firmiter & conſtanter, per Dei gratiam non ſolum prædictun
nem Eccleſiaſticum conſeruaturos, ſed potiſſimum puram doctrinam
matarum Eccleſiarum retenturos, prout ea ſecundum Dei ver
prædictas vnitatis formulas in recto ſuo ſenſu intellecta, ab initio R
tionis in his regionibus in vniuerſum tradita eſt: nos eam defenſuros
turos, pro virili noſtra vbicunque anſa eam promouendi dabitur, nec
fore mala, ſi qua huic vel illi ob hæc euenient, ſed communia omnium
iudicaturos, nos in his alios alijs dexteram porrecturos, & in ijſdem d
tibus, quæ doctrinam & ordinem concernunt nihil acturos, ſine c
approbatione aliorum, iuxta tenorem conceptæ Correſpondentiæ, quan
finem diligenter obſeruabimus, noſque tandem ſuo tempore, ſi Syno
tionalis primo quoque tempore non procedat, propius deli
ros de ijs, quæ noſtrum omnium nomine aduerſus iam di
cleſiaſticas perſonas Remonſtrãtes, contraque ipſorum doct
peremptorie agenda decernendaque erunt, vti iam nunc no
fratrum quidam extremâ adacti neceſſitate facere aggreſſi
teſtimonium veritatis nos ſupra ſcripti, his nomina noſtra

ex animo subscripsimus die ..... &c.

Pressior explicatio Hagiensis decreti.

d caput illud de Correspondentia siue mutuis deliberationibus attinet, nobis constet, quibus fratribus fidi possit, vt mutua cum illis habean- berationes; quæsitum fuit, an non tutò fidi possit illis fratribus, qui ur à falsis doctoribus secedendum esse, seque Remonstrantes & Re- rantium sententiæ addictos habere pro falsis doctoribus, & nmodo Synodum Nationalem exspectare, cuius nunc magna fulgere videtur, vt in eâ facta à Remonstrantibus secessio le- & præeunte Ecclesiastico iudicio executioni mandetur, *pro- es etiam, si Synodus Nationalis primo non procedat tempore*, se vna lijs fratribus, qui iam secessionem fecêre (quam ipsi iudicant simis & sufficientibus de causis factam) deliberaturos, de ido- tione & modo vniuersalem & vnanimem secessionem for- , *habentes hoc ipsum pro pressiore declaratione decreti a quibusdam us in Australi Hollandiâ concepti & subsignati.*

cat & testatur conuentus, cum talibus fratribus tanquam fide dignis am Correspondentiam siue mutuas deliberationes exerceri posse.

Decretum Schiedamense 9. Ianuarij 1618. ad hoc argumentum spectans.

m quoque fuit ad tollendum omnem inter Orthodoxos fratres, qui Remonstrãtes vocantur, diffidentiam, vtque rectius quo sint animo af- noscatur, vt fratres illi cum quibus propior hæc erit obseruanda Vnio r; vsque adeo sibi displicere Quinque Remonstrantium Arti- vt eos omnes & singulos tales esse iudicent, qui gloriæ diuinę ent, & veram conscientiarum tranquillitatem perturbent ant; *ideoque etiam promittant se pro captu auditorum Quinque istos os Remonstrntium seriò in concionibus suis refutaturos; &* porrò se nt, ad instituendos ex communi consilio (*si quando non procedat s Nationalis*) contra Remonstrantes processus, idque grada- *xta ordinem in Ecclesiis Reformatis semper obseruatum.*

huiusmodi Partium Magistris deputati & missi fuerunt ij, Synodnm de Remonstrantium & speciatim de Citato- ausa iudicium laturi venerant. De quibus ipsis illud etiam 1 dignum obseruandũ venit, quod ab ijs, quo tempore de andis & designandis ijs qui ad Synodũ ablegarentur age- vel exclusi vel non citati saltem fere vbique fuerunt, non

tantum professi Remonstrantes, sed et ij, quos à Remonstr
um causa non abhorrere constabat. Scilicet id agebatur
Synodo nulli comparerent, quam professi Remonstran
adversarij, vt hac ratione, causam ipsorum communi & vna
totius Synodi consensu ac voce damnatam esse, per vniue
Orbem spargeretur. Et hæc fabula adeo lepidè acta est,
vna parte in Geldria quorum conscientia paulo ante t
nimis fuerat, quam vt cum Remonstr. in vnam eandemq;
sem seu cœtum conuenirent, post, simulatque rebus Re
prospere & ex voto ipsorum fluentibus, occasionem se r
viderunt, qua deputationem ad Synodum Nationalem &
sequenter aduersæ sibi partis oppressionem in manu sua
bere, obseruarunt, mutatâ protinus velificatione, sine vll
scientiæ stimulo aut molestia in eandem Classem & Syn
lubentes volentesque tamquam amici & fratres convene
ex altera verò parte, qui id se consequi posse diffidebant,
antea haud grauatè communes cum Remonstr. cœtus fre
tauerant, in ijsdem Classibus & Consistoriis conscientiæ
lo nullo refragante convenissent, ex tempore & quasi in
conscientiæ suæ stimulum iniectum sentiebant, & vt cu
monstr. ad Synodum particularem conuenirent grauaba
scil. ne suffragiis votisque superarentur. Nec multo post, e
illæ aduersis frontibus sibi inuicem repugnantes conscien
ne vllo remorsu in eandem Synodum Nationalem haud
culter consenserunt, vt hac ratione iunctis in vnum v
votorumque numero Remonstr. obruerent & opprime
Quin imò, hæ ipsæ vsque adeò tenellæ & scrupulosæ con
tiæ ferre non potuerunt, vt sibi assiderent ij, qui Remonstr
sæ sese fauere & patrocinari velle profitebantur, licet à pa
lari Synodo ab Ordd. Prouinciæ approbatâ deputati esse
iam aliquandiu in Synodo Nationali locum inter alios oc
sent, eademque lege & conditione qua cæteri iuramentur
stare parati essent, scilicet hunc scrupulum sentiebant c
entiæ illæ, quod illi qui partis alterius studio tenerentur, i

Conscientia veluti cothurno vsi sunt Cōtra-Remonstr. vt ad Synodū quos vellent deputarent.

: iſtius arbitri ſedere non poſſent, reliquos autem quia à
um ſtudio quam longiſſimè abeſſent, iſti rei maximè eſſe
eos. En iecur Theologorum illorum & conſcientiarum
larum ſcrupulum! Veruntamen hæ & ſimiles aliæ multæ
igiæ quas incauto vulgo facere conata eſt Synodus ſuo tē-
latius aperiētur, cum ſingulatim omnia circumſtantiis ſuis
a in apertum protrahentur, & toti Orbi Chriſtiano con-
nda dabuntur.

quæ cum Citatis Remonſtrantibus in Synodo acta ſunt
ſcere iuuat, vtraque manu palpabis, omnia ea, pro forma
m, vti loquuntur, aut vt proprijs Aſſeſſoris Faukelij verbis
ır ex ſuperabundanti acta eſſe; quippe iam pridē firmiter
tū & conſtitutū erat, Remonſtr. cauſam non aliter quam
ris ſcriptisque editis iudicare: verumtamen quia omni
ıs colore & æquitatis ſpecie cariturū fuiſſet, ſi Remonſtr.
manum erant & paſſim apud Eccleſias ſuas in honore &
, inauditi damnarentur, vellent nollent neceſſarium om-
luxerunt ad colorem & ſpeciem aliquam iuris conſequē-
vt eos ad Synodum vna cum reliquis vocarent, nihil dubi-
quin alterutrum futurum eſſet, vt Citati aut accedere re-
nt, aut ſi accederent, ita exciperentur tractarenturque,
i eos ſui breui pœniteret, atque ita nihilominus ad decre-
xamen procederetur. Hæc cauſa fuit, cur è veſtigio ſimul-
præter opinionem & expectationē omnem Citati com-
ſent, vt iunctis animis ac ſtudijs cauſam ſuam tuerentur,
liora oſtendentibus lubentes volentesque cederent, tan-
ritate cum illis actum fuerit, cur tantopere præcipitati,
ſtanter preſſi, fatigati, laſſati fuerint, tamquam ſi publi-
ıeſtati & pudori ſimul ac ſemel renuntiatum, & ratio at-
quitas omnis proſcripta fuiſſet.

Quæ procedendi ratio cum Citatis in Synodo obſeruata fuerit.

nim. 1. Anteſignani ipſorum paulo ànte, imò pridie eius
ıa citabantur, exauthorantur ne ipſorum opera atque in-
ipſis vſui eſſe poſſet.

vrbem ingreſſi antequam chartas ſuas explicare poſſent

aut de commodis hoſpitijs ſibi proſpicere, adeſſe iubentur
rem venire ſine vlla moræ ſpe compellantur.

3. Collationis ſpes in ipſo introitu ἀποτόμως præciditur.

4. Synodum Legitimam agnoſcere iubentur, & ne quid c
eam proteſtentur aut excipiant ſeueriter vetatur.

5. Si quid contra eam liberius & ex conſcientia pronun
decretis obruuntur, pœnarum Politicarum comminatior
rentur.

6. Scripta pleraque ipſorum antea luſtrantur, expendun
examinantur, quam prælegi ea liceret.

7. Quorundã ſcriptorum lectio præſentibus ipſis denega
Scribis tantum ipſis abſentibus demandatur.

8. Quæ de ijs dicebantur in Synodo audire ipſis non co
tur; exire ſemper iubentur & ne quid reſciſcant ſecreto
conclaui veluti caueæ includuntur.

9. Cum ſententia dicenda eſt ſinguli pro ſe reſpondere i
tur, & fere ex tempore, non communicatis conſilijs: Si c
bum aliquod ἐυδιάβλητον excidat id omnibus tanquam v
& communi conſenſu dictum impingitur: Si quid recte
id vnius tantum dictum eſſe creditur.

10. Ad Decreta quamplurima ad quæ propter argume
rietatem categoricè reſponderi impoſſibile eſt, per Aio a
go reſpondere conſtringuntur.

11. Decretis & mandatis Synodi ſine tergiuerſatione par
bentur, imò Decreta examinare & expendere ſeuere
bentur.

12. Synodo & Synodicis Decretis ſe abſolutè ſubmitte
vlla conditione iubentur.

13. Si quid contra Synodum dicunt, id tanquam in ipſos
nes Reges Principeſque dictum exaggeratur.

14. Si viua voce reſpondendum eſt, interpellat pro libi
quentes Præſes, & quam auribus ſuis minùs gratam iudic
ponſionem, eam per ſatis eſt aut ſufficit, authoritate ſua
cipit & abrumpit.

15.

)rationes ſcripto exhibitæ abſentibus & exire iuſſis ipſis
tiam auditorum refutantur, & mox redire iuſſis non facta
itio ſed iudicium Synodi indicatur.
entententiam ſuam de Prædeſtinatione ἀνασκευαςικῶς & κα-
ᾳςικῶς proponere vetantur.
)e Sententia Contra-Remonſt. quippiam in medium
e prohibentur.
ontra tenorem Indictionis & Literarum Citatoriarum,
derationes ſuas in Confeſſ. & Catecheſin tradere man-
r.
um ad rem veniendũ eſt & Declaratio Sententiæ facien-
Quæſtionibus quibuſdam Pedagogicis circumſcribuntur
rctantur: ad eas ſinguli pro ſe reſpondere iubentur.
)enique contra expreſſa verba Citatoriarum litterarum
omnia iura Citatis, de quorum cauſſa iudicium feren-
ſt, debita, ſententiam ſuam declarare & defendere iuben-
n quantum ipſi poſſunt & neceſſarium iudicãt, ſed quan-
ſa Synodus, id eſt, pars aduerſa neceſſarium atque vtile
m exiſtimat.
d Synodum Liberam vocati Arreſto publico detinentur,
tricte vt fratri ſororem moribundam vltimum affari, pa-
narito vxorem partui vicinam inuiſere, patruo animam
officium humanitatis præſtare conceſſum non fuerit;
i libros, aut ſcripta neceſſaria domi & in bibliothecis
excutere aut luſtrare licuerit.
ne Deus! quæ non inſuper artes, ſtrophæ, fraudes & ſtra-
ata adhibita ſunt, vt ſpecies aliqua ęquitatis contra mi-
quindecim Citatos reperiretur. Quoties nũc hæ, nunc il-
æ verſatæ, nunc hæc, nunc illa tentata! pridie illud, poſtri-
ntrarium decretum, vt imprudentes circumuenirentur,
m colore aliquo à Synodo tanquam indigni omni collo-
ijcerentur; cumque non ſuccederet ex voto res, eò quod
lis laquei fruſtra in oculis ipſorum ſtruebantur, quam
meliosè, quam acerbè, quam indignè, quanta cum ani-

mi impotentia, quantis cùm probris, diris atque ad odium
fictis improperijs absque vllo commiserationis indicio
quam βδελύγματα & καθάρματα, imò non aliter quã fæx l
num, ex artibus, fraudibus ac mendacijs consuta, è Syno
mittebantur. O Synodus, Synodus! hac ratione, hac vi
sti cum innoxijs hominibus, quos nõ ita pridem, simulata
fratres tuos in Christo appellaueras. Hisce artibus & ma
vsa es ad stabiliendum regnum tuum. Videt hæc Altissim
in διφθέρα sua scripsit, ἔχει ἔκδικον ὄμμα, & suo tempore ea
cem producturus ac de ijs iudicaturus est.

Verumtamen dicet fortasse quispiam, ad hæc omnia c
ueri aliquo modo posset, si modo doctrinæ ipsius mome
rectè ponderatum, aut saltem talis quædam via à Synodo
fuisset, quæ conscientijs tolerabilis videri, aut ad publicam
Ecclesiarum, tum Patriæ tranquillitatem conducere poss
est, Benigne Lector; Sed si res propius videatur, contrariu
prehendes factum esse, quin imò miraberis, adeoque att
stabis, si fœtum in hac Synodo editum, intus atque in cut
uideas, fœtum inquam, quem sex & quadraginta annis n
cum fastidio & tædio mater vtero gestauit, quem non ni
sex mensium spatium ingenti conatu enixa est, adhibitis
uocatis ex omni ferè Orbis parte obstetricibus, vt earum
auxilio integer & omnibus suis membris absolutus in luce
posset. Et hic quidem fœtus totus quantus quantus est,
sus est quem antid'hac non semel ad viuum ijsdem plane
mentis & coloribus expressum atque depictum dedimus
tanquam à spurio aliquo, & ὑποβολιμαίῳ abhorrere sese p
bantur ij fere omnes, qui nunc in hac Synodo eum suau
exosculati sunt, quem clamabant nunc huius, nunc illiu
ticularis Doctoris proprium ac genuinum fœtum esse. A
eccum tibi nunc eundem illum nudum & recens ex vt
lucem editũ, à pretiosissimis Magnatum ac Procerum la
mis; imò inæstimabili generosi illius Herôis sanguine ta
non calentem adhuc, vt certissimo indicio testatum faciat

Quæ & qualia dogmata in Synodo decreta & stabilita sint.

Eadem illa à quibus antea abhorrere visi fuerunt.

guinarijs maioribus ortum duxerit. Mater fœtum ſuum eſ-
oſcit, Eccleſia Contra-Rem. nomen ſuum indit ei,& pro
ino fœtu ſuo ſolum ac purum hunc audiri cupit,in ſua æde
um à reliquis omnibus educari, & enutriri poſtulat, enixiſ-
flagitans à præcipuis nutritijs, vti reliqui tanquam adulte-
ſuppoſititij in domo ſua ne quidem audiantur.
ò verò etiam ne quis ſit, qui huic tenello fœtui moleſtiam
ſat aut quieti & tranquillitati ipſius obſtrepat, matrique
ouos dolores creet; vt omnes ij qui illum, vbi à Summis
tatibus fonti ſacro adhibitus & teſtimonio publico ſolē-
inauguratus erit,non volent pro genuino matris Eccleſiæ
recipere, neque iuramento & fide publica promittere ſe
qua clam, qua palam, qua directè, qua indirectè, in vrbibus, pa-
vicis vel extra eos contra natales ipſius vnquàm dicturos
uſſitaturos, culeo inſuti aut modio plumbeâ laminâ coo-
concluſi Patriâ proſcribantur & finibus Belgij extermi-
r.

Crudelitas Synodi.

ctenus Remonſtrantibus ferè crimini datum eſt, quod
fide ſententiam Contra-Remonſtrantium proponerent
exprimerent: dici vix poteſt, quod conuitia, diræ ac pro-
opterea paſſim contra Remonſtrantes in foris, pulpitis,
is, conuiuijs, ſcaphis, rhedis, curribus, triuijſque ho-
n dicta ac proiecta fuerint,tanquam in falſi manifeſtos &
nni indignos mortales,
Synodus Arnhemienſis (ô rem fœdam ac deteſtandam!
redidiſſet?) auſa eſt ſententiam illam,quam Remonſtran-
iſſimam ac genuinam Contra-Remonſtrantium ſenten-
ſſe aſſerebant, tanquam fœdam atque impiam ſub voca-
um quorundam homonymia & æquiuocatione commu-
calculis damnare, ea tantum de cauſa, vt falſum dixiſſe
nſtrantes crederentur atque ita publici odij victimę fie-

Eadem illa dogmata quæ Remonſt. à Contra-Rem. aſſeri ac teneri antehac dixerunt, Synodus confirmauit ac ſtabiliuit.

Et quidē ea ipſa quæ in Synodo Arnhemiēſi damnata & reiecta ſunt.

is dubitaſſet vnquam, quin in hac ipſa Nationali Synodo
n ſtratagemate vſi fuiſſent Patres Caluiniſtæ,& horrendis

illis omnibusque ferè mortalibus inuisis dogmatis, quæ Co
Remonstrantibus impingi solent, vno ore atque vnanimi
anathema dixissent, ad exemplum Synodi Arnhemiensis
tantum abest, Benigne Lector, vt id fecerit Synodus hæc,
contra non solum *quinque*, quos vocant, *articulos*, tanqua
roneos & errorum variorum latibula (vti Sententia contra Re
strantes lata loquitur) damnauerit, ac proinde contrari
sententiam approbauerit; verum etiam vt in Canonib
non obscurè ipsissimam illam, quam hactenus Contra-Re
strantibus attribuerunt Remonstrantes, & quam Synodu
hemiensis detestari atque damnare visa fuit, publico suo
gio comprobauerit. Deinde non solum non reiecerit & d
uerit fœdissima illa & absurdissima Contra-Remonstra
placita, quæ summam cum Stoicorum, Manichæorum
bertinorum furoribus cognationem atque affinitatem h
imò ne hilum quidem ab illis discrepant; sed eadem ill
quodam phrasium blandarum & mollitarum vncta atq
crustata, imprudentibus atque incautis hominibus obt
& insinuare, aut tanquam ἀδιάφορα & quæ citra pericu
vtramque partẽ credi possunt, in medio relinquere co
Quæ duæ res tanti profectò sunt momenti atque pond
verè Christianum pectus à lachrymis se continere n
quoties cõsiderat & apud se cogitat, in Synodo, quæ Re
ta audire vult, tanta cum confidentia, sine vllo iusto atq
curato, vti par est, argumentorum & rationum hinc i
viuum resectarum examine, sine debita & seriâ collatio
cedente, maximè cùm Aduersarij ipsi ad eam citati &
eam accedere promti paratique essent, nihilominus a
adserere & statuminare tam tetra & horrenda placita, q
nisi ad ignominiam & contumeliam Religionis Christ
laudabilis Ecclesiarum Reformationis facere possunt, q
rectæ rationis dictamine manifeste pugnant, & in antiq
Concilijs ab omni retro æuo anathemate damnata &
sunt; insuper etiam cum considerat in illa ipsa Synodo

Fœdissima & maxime horrenda silentio præterit, dum Remonstrãtium minutissima quæque damnat.

gmata rata habita esse, quæ ab hinc annis mille sexcentis lla seu Nationali seu Particulari Synodo, imò à nemine ven Patrum, ne quidem ab ipso Augustino acerrimo alio-, & ipsorum Contra-Remonstrantium iudicio; huius cau-ὀδοξοτάτῳ patrono, asserta atque approbata sunt, imò verò ım nonnulla discertè atque apertè tum à Concilijs, tum ab Augustino damnata, atque reiecta sunt, tanquam à Catho-Ecclesię sententia alienissima.

Multa Antiquitati nunquã damnata damnat, & Catholico semper cõsensu damnata hactenus, confidenter approbat.

Quæ omnia, nihil dubitamus, quin Citati Remonstrantes i tantum aliquod & temporis interusurium post varias & plices vexationes & persecutiones, quibus hactenus infeıerũt, nacti, tam viuis solidisque argumentis & rationibus ri; & comprobaturi sunt, vt qui ea cõsiderare velit, veritaosam tam clare percepturus sit tanquam si Solem manu staret: Verum quia exigua adhuc huiusce rei spes adfuluientibus magis magisque & augescentibus indies persebus contra ipsos & Ecclesias ipsorum, adeò vt vix respisis detur & liberum spiritum ducere, & interim tamen ndam minimè alioquin malorum hominum, qui facilè sibi fieri sinunt, credulitati obuiam iri necesse est, operæ m duximus, Beneuole Lector, specimen aliquod breue & ntum tibi dare, ex quo de eorum, quæ diximus, veritate fieri queas.

CAP. II.

ntinens propriam ac genuinam Synodi Dordracenæ sententiam circa Primum Caput.

QVod attinet itaque Primum Caput, de eo pronuntiauit Synodus in hanc sententiam:

Omnipotens Deus ex vniuerso genere humano in pari statu con- paucos quosdam homines, absque vllo intuitu fidei, resipiscen- uersionis, aut alicuius bonæ qualitatis elegit ad æternam sa- vt verò Electos illos ad destinatam salutem perducat, decreuit

Sententia propria Synodi.

D filium

filium suum pro illis solis (etiam quando iuxta atque alij in pec Originale & æternam perditionem per transgressionem Adami jo essent) mortem subire, vt eos solos Deo reconciliaret, in illis so potentissimam quæ nec creatione nec mortuorum resuscitatione est operatione ac vim fidem efficeret, eosdē licet in fœdissima & n sima scelera lapsos & aliquamdiu hærentes nihilominus in salui a fide ad finem vsque vitæ conseruaret, & tandem in æternæ vitæ sionem introduceret, nulla alia de causa quam quia ita benepl illi est.

De Electione.

Contra verò;

De Reprobatione.

Deus Opt. Max. longe maximam humani generis partem abs e consideratione propriæ & euitabilis ipsorum culpæ .i. infidelitatis impœnitētiæ noluit eligere ad salutem, aut Christum filium suum lis mori, vel sufficientes ijs vires ad conuersionem dare, etiam t, eos sub promissione salutis & pœnâ æternæ damnationis ad salu m cat, inuitat, orat, obtestatur & rogat: sed eos omnes ad æternas n quam finiendos inferni ignis cruciatus & dolores nasci vult & in in eosdem præcipitare, nulla alia de causa quam quia id ipsi ita p. et.

Hæc est breuiter & in compendio summa Primi (p quam octodecim Articulis fusè & latè complexa est Sy o Ex qua manifestè satis videre est, Synodi sententiam pe n & ad amussim convenire cum ea, quam Contra-Remo str tium aut Caluinistarum esse hactenus asseruerunt Rem st tes: Verumtamen vt ea res liquidius adhuc constet, op a tium est, Beneuole Lector, in antecessum præmonere te e busdam vafris & subdolis loquendi modis, quibus vsa e S dus, vt simplicioribus & incautis fucum faceret, ijsque p u ret alienissimam se esse à varijs fœdis & horrendis plac s ante hac Remonstrantes affirmarunt à Contra-Remo st tibus passim asserta, inculcata, scriptisque publicis eu pa in lucem edita esse.

Cautela necessaria contra Synodi medicatas phrases & compositos loquendi modos.

Ac Primum quidem quod animaduersione dignum d est. Quod in hisce Canonibus Synodicis nuspiam rep ri deatur alta atque inuisa illa de Prædestinatione sentent Z

An certũ sit Synodum abhorrere a

aluini, Bezę, Martyris, Zanchij, Piſcatoris, Perkinſij, Go- *ſententia*
-eſti & ſimilium aliorum multorum, qui Electionem & *Supra-Lapſariorum.*
-bationem ab altiori & ſublimiori principio ordiuntur,
-ue ante omnem lapſus Adami conſiderationem, imò an-
-m de hominis creatione decretum, factam eſſe volunt, in
-nodum; videlicet, Quod ad Electionem attinet,
-us, inquiunt, ad declarandam liberam poteſtatem ſuam, „
alij dicere malunt, ad declarandam miſericordiam & iu- „
-, voluit ex vna parte paucos quoſdam mortales excellen- „
-modo ſaluare, id eſt, ex ſumma miſeria ad ſummam fœli- „
-n traducere. „
-t eò perueniret Deus, neceſſum erat vt in ſummam miſe- „
-ciderent mortales illi: Itaque voluit vt primus homo „
-et; & vt per peccatum illud inuolueretur vniuerſum ge- „
-manum eidem miſeriæ, voluit vt primus ille homo pec- „
-on tanquam perſona vna per ſe, ſed tanquam ſtirps & „
-otius generis humani. „
-ia verò peccare non poterat homo, niſi eſſet, hinc eſt „
-reare illum voluerit, & quia peccatum contra legem eſt, „
-gem ei dare neceſſe erat, vt tranſgrediendo eam miſer „
& cum illo etiam electi illi pauci. „
-ce ita miſeros ex miſeria ipſorum liberare voluit eadem „
-: & viâ, quam Synodus indicat, efficiendo ſcilicet in „
-nia ea quæ ad ſalutem ipſorum neceſſaria ſunt, & grada- „
- promouendo, donec tandem eos non obſtãtibus etiam „
-imis & multò maximis peccatis ipſorum, in deſtinatæ „
poſſeſsione collocet. „
Quod ad Reprobationem attinet, „
-s voluit ad declarandum ſeueritatem, aut vt alij iuſti- „
-ut vt alij libertatem ſuam, multò maximam hominum „
-antequam creati eſſent, aut vt creati à Deo conſidera- „
-, nedum antequam vllius peccati contra Deum rei eſ „
-probare & reijcere à ſalute & ſalutis omni ſpe, ad æter- „
-nunquam finiendos inferni ignis cruciatus. Vt iſtum fi- „

» nem adsequeretur Deus, voluit & ordinauit vt homo labe
» & cum eo totum hnmanum genus, & sic in miseriam incid
» Vt verò peccare posset, voluit ipsum creare & libertate a
» donare, alijsque supernaturalibus donis ornare. Vt verò lib
» illa peccatum non impediret, voluit permittere, id est, non
» seruare libertatis illius vsum vt peccare hominem necesse
» imò dona supernaturalia auferre vt homo laberetur: atq
» occasionem Deus consequeretur seueritatē contra max
» generis humani partem exercendi pro arbitrio suo.

Act. Synod. parte 2 pag. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

Hæc, inquam, cruda horrida Caluini aliorumque sen in scriptis Remōstrantium Synodicis fusius proposita, C bus hisce comprehensa non videtur: sed tantum ista, q minum in lapsu Originali propter transgressionem Ada situm considerat, quę Infra-Lapsariorum sententia dici

Ostēditur nullis rationibus certis id demōstrari posse, sed rationes non paucas nec tenues esse in contrarium.

Videtur profectò hęc obseruatio primâ fronte aliquid re, quod imprudenti fucum possit facere: Sed si propius spicias Lector, id quod Synodus ex vna parte tanquam doxum approbauit, & quod ex altera parte tanquam fal ἑτερόδοξον improbauit & damnauit, comperies iustissima nes esse cur dubitari meritò possit ac debeat an Synodus ipsis crudis & horrendis dogmatis aliena sit, quin caus datam intelliges contrarium credendi ac statuendi.

Prima.

Etenim Primò nuspiam in Canonibus Synodi adser que affirmatur, Deum ex genere humano corrupto tan non ante, electionem hanc fecisse; vel potius nuspiam n nedum tanquam ἑτερόδοξον aut falsum damnatur, Deum alios antequam creati essent, aut peccatum commisisse antequam vt creati & vt peccatores considerarentur; & reprobasse alios ad æternum exitium & damnatione quam vt creati & vt peccatores in consideratione apud venirent. Lege & relege quæcumque a Synodo reiect nuspiam huiusce rei nec volam nec vestigium reperies. S

Occurritur exceptioni.

necessariū non fuisse vt id fieret, illud profectò ineptun ἄλογον prorsus est. Enimuerò si Synodo aliud nihil pro

t, quam suam tantum de hac re sententiam exponere at- eclarare, ac non simul etiã reijcere & damnare ea omnia, eritati istius sententię & paci ac tranquillitati Ecclesia- ıoxia esse judicaret, coloris profectò nonnihil atque spe- ıaberet exceptio. At verò videmus Synodum duo agere se, nimirum ex vna parte sententiam suam apertè ac dilu- proponere; ex altera verò parte contrarias falsitates dam- c respuere: Atqui Synodum propositi huius & iuramen- ti sui optimè consciam hæc tam absurda, tam fœda, tam la consultò pręterituram fuisse, siquidem ea ex animo im- ret ac damnaret, quid habet vero simile? imprimis cum estum sit eam non pauca friuola, minuta ac pene nihili a non reliquisse, sed apertè reiecisse ac damnasse. Quis t studiosus partium, qui credat Synodum in friuolis istis ıtis, nulliusque momenti ac ponderis reijciendis labora- & operam atque industriam omnem suam collocaturam & interim teterrima illa atque execranda dogmata, quæ ne horrore cogitare nequit, & nulli non cordato ac pio ıi offendiculo sunt, quin & ipsi Antiquitati iam olim dam- tque reiecta Supra-Lapsariorum placita, surda quod dici- re præterire & dissimulare vel potuisse vel voluisse? Pro- ı ab ijs, vti par est, abhorruisset, imò nisi ea ipsa apud ani- suum probasset Synodus, aut nos vehementer fallimur, ıathema illis ante omnia alia dixisset, saltem ante omnia pręhisce meritò leuicula prorsus videri debẽt, quęque à ıon ita aliena sunt, quin benigna quadam interpretatione imum sensum explicari possunt, cuiusmodi sunt exem- ıtia, *Electionem Dei ad vitam æternam esse multiplicem: Aliam lem & indefinitam, aliam singularem & definitam; & hanc rur- l incompletam, reuocabilem, non peremtoriam siue conditiona- el completam, irreuocabilem, peremtoriam seu absolutam. Item lectionem esse ad fidem, aliam ad salutem.*

c & similia quædam alia, magna cum cura & solicitudine ac damnat Synodus, adeò vt non contenta semel id fecis-

ſe, iterū iterumque diuerſis articulis eadem hæc nouo ta
quodam phraſium inuolucro variata ac propoſita reijciat,
alio fine, quàm vt in ſuſpicionem non unius, ſed variorū ac
tiplicium errorum adducat Remonſtrantes: At verò ne γρ
dem de portētis illis & cum his minimè conferendis Supr
pſariorum placitis; qualia ex magno numero hæc paucul

Paræus Irenic. pag. 254. 255.

Deus creat multo maximam hominum partem ad damnation

Ex vi irreſtibilis decreti diuini impoſsibile eſt hominem non p

Omnia quæcunque fiunt, tam mala, quam bona, vi irreſiſtibilis diuini fiunt.

Piſcator Trip. Reſp. cap. 1. pag. 167. & cap. 3. pag. 456.

Impietas hominum non eſt cauſſa voluntatis diuinæ relegandi gehennam; ſed contra hæc voluntas eſt cauſſa illius impietatis.

Non eſt abſurdum dicere, facere veram ac primariam Dei tatem, eſſe culpam capitalem.

Piſcat. ibid cap. 1 pag. 168.

Etſi Deus præciſe ſimpliciter non vult vt homo plus boni facia facit, aut plus mali omittat quam omittit, tamen propterea nul inuidiæ vel iniquitatis vel vllius alterius vitij argui poteſt.

Piſcat. in Tripart. ſua Reſp. ad amicā C. V. duplicat. cap. 1 pag. 106.

Cum Adam ſit cauſſa peccati & Deus cauſſa Adami quomod non erit cauſſa peccati?

Piſcator ad amicā duplic. C. V. pag. 161.

Deus homines ad ſuas prauas actiones incitat, ſeducit, trahit indurat, deceptiones immittit, & quæ peccata grauia ſunt effi

Idem ibid. pag. 177.

Hæc & alia, inquā, neutiquā reijcit aut damnat Synod tanquam non animaduerſa præterit, quod ſuſpicionem n uem facit, alterutrū horum verum eſſe; Aut Synodū non a rere à placitis eiuſmodi, ſed occultè ijſdē fauere & adſti Aut ad ſummum relinquere ea in medio tanquā ἀδιάφο teneri aut repudiari queant prout cuique integrū eſſe vi

I. Vrbanus Paſtor Hattemenſis in Geudria in Tapeino-phro. ſue pag. 7. Martyr in Iud. 3. verſ. 9. pag. 45. Secunda ratio.

Secundò: In ſingulorum Capitum frontiſpicio diſer verba leguntur, *Synodum eos rejicere errores, quibus Eccleſiæ aliquandiu ſunt turbatæ.* Ex quo manifeſtè colligere eſt, q quidem inter hos errores non recenſentur à Synodo ho illi quos à Caluino, Martyre, Beza, Parǫo, Piſcatore, I. V Nicaſio vander Schueren aliiſque Supra-Lapſarijs adſeri teneri diximus, Synodum placita illa pro erroribus non h

on pro talibus, quibus Ecclesiæ Belgicę turbatæ hactenus ſed quæ cum earundem pace & tranquillitate optimè poſ- conſiſtere.

ertiò: Neutiquam etiam vero ſimile eſt, Synodum, quan- is Prędeſtinationẽ à lapſu Adami ordiri videatur, ea pro- ſublimiorem illam Caluini, Martyris, Zanchij, Perkinſij, toris ſententiam erroneam & ἐπρόδοξον cenſere voluiſſe, Præſes, cor & os ipſum Synodi, Bogermannus, licet iura- ſolemni & publico, de Verbo Diuino ſolo pro norma iu- adhibendo, affectibuſq; aut odio nihil in alteram partem edendo, obſtrictum ſe ſciret, tantopere commoueretur, lico ad auditum ſed ad meram & puram putam ſuſpiciun- ı, fore, vt Remonſtrantes Doctorum illorum placita pu- in Synodo detegerent & traducerent: Bone Deus! quam nenter afficiebat ipſum leuiſſima talis ſuſpicio! qui viri o- quis vultus! quis ardor animi! quantæ ὁρμαὶ! Ita me Deus non aliter quàm ſi pupillam oculi ſui pungi ſenſiſſet adeò noucbatur atque cohorreſcebat cum ſuſpicaretur Cita- emonſtrantibus propoſitum eſſe, illorum virorum, quos *æ Lumina, Sanctas Animas, Herôas, terræ cæloque cara nomina* tabat, pudendos errores in lucem producere. Vtique ſi ata illa erronea aut horrenda cenſuiſſet, & à partium ſtu- ienus fuiſſet, memor Iuramenti ſui Sacroſancti & procul affectu ac præiudicio ea ad examen vocari ægre non tu- ed potius expendiſſet & ad trutinam adpendiſſet omnia ontra ea allaturi eſſent Citati. Quin & ipſa Synodus eiuſ- uramenti religione & conſcientiâ obſtricta Præſidem ſu- nſurâ non leui notaſſet, quod ad eiuſce rei non dicimus onem ſed ſuſpicionem tantopere commotum ſe & partis ſum oſtendiſſet: Sed tantum abeſt vt id fecerit Synodus itrà ſcilicet mutuum muli ſcabere conſultum duxerint: ıulare aut fuco aliquo ſpecioſo tegere horrenda illa re- is Contra-Remonſt. arcana neceſſarium erat, vt promi- lebis offenſio vitaretur.

Tertia.

Quar-

Quarta. Quartò accedit, Quod à verisimilitudine longissime
Doctores istos & Theologos quos cæteris eruditione, sc
& zelo neutiquam inferiores esse constat, qui hactenus n
contentione & studio asseruerant, Deum stultum atque
pientem faciendum esse nisi statuatur primum de fine ho
certi quid decreuisse, quam de medijs ad finem ducentib
est, nisi statuatur prius decretum fecisse de salute & perdi
quam de creatione & lapsu hominis; istos inquam, ab ist
tentia tam temere & leui momento discessisse; inprimis
toties ad rauim vsque inculcassent, sententiam illam ta
manifestæ ac perspicuæ veritatis, vt ex solo naturæ lum
Gomarus. ab ipsis etiam Pontificijs, vti loquuntur, percipi ea possit. Q
facile credat hosce Viros, alioquin sententię suæ tenacis
nulla graui de caussa tam claræ & apertæ, vti credi volue
sententiæ nuncium remisisse? Qui eos propius nouit ha
cile illud sibi persuaderi patietur.

Quinta. Verumtamen, vt manifestum fiat neutiquam id simil
esse, illud diligenter attendatur Quinto loco, Quod *Ma*
Polonus, Theologiæ Doctor & in Academia Franequerana apud
Professor, non obstante eo quod sententiam de Prædestina
omnium quæ vnquam assertæ, aut ab ipso Zuinglio, N
vander Schueren & Piscatore propugnatę fuerũt, maxim
rendam & crudelem, in Academia ista publice profitea
tueatur, editisque non ita pridem Thesibus eam publicâri
vulgus disseminauerit, quin imo quod magis est in ipsa Sy
Vide sis Collegium Theologicum Controuersarum quæstionum ab ipso Makouio editum Franequeræ. A°. 1619. contra Collegam suum Sibrandũ Lubberti (cum quo si
tes immortales assiduè exercet) sese defensurũ receperit
velle peccata, Deum ordinare homines ad peccatũ qua peccatũ est
neutiquam velle vt omnes homines saluentur, & similia alia r
aperte declarans nisi illud sine scrupulo & disertè affirm
necessum fore, vt in Remonstrantiũ sententiam pedibus
& a præcipuis Ecclesiæ Doctoribus, in quorum scriptis i
τὸ ῥητὸν passim fere legere est, aperte discedatur; Quod, in
hic Professor non modo non sit a Synodo ob eam sente

naciter defensã in ipsa Synodo Professione motus & exau-
tus, sed etiam pro puro & Orthodoxo habitus ac renun-
, adeo quidem *vt nullius illum hæreseos aut erronei dogmatis
esse* publico Synodi testimonio declaratum sit, vnde & ad-
tantum hac cautione salutari & blanda dimissus est, vt
ueret ab eiusmodi loquendi modis, qui offensionem pa-
possent tenellis auribus, quosque rudes & tantorum arca-
n vel ignari vel incapaces digerere ac concoquere nondũ
t: vtque non leuiter reprehenderet distinctiones Theo-
um qui de Ecclesia Iesu Christi bene meriti sunt.

Sextò: si quis quaquauersum circumspiciat & consideret Ec- *Sexta.*
s Fœderati Belgij, comperiet reipsa ex vna parte omnes
suspicio est a Remonstrant. sententia non esse alienos, eti-
vel nihil prorsus, vel parce admodum eam voce vel scripto
ssi fuerint, nihilominus aut protinus ministerijs suis mo-
it siquidem cum ea nihil sibi imposterum commune esse
significauerint, nihilominus censura grauissima notatos
ex altera vero parte neminem eorum qui Prædestinatio-
rigidissimam Supra-Lapsariorum mordicus semper vrse-
vel leuissima censura aut increpatione notatum esse,
potius clamosissimos tenebriones & spurcissimę vitę mor-
tanquam ὑπερασπιστὰς & προμάχους fortissimos, optimis ac
imis passim conditionibus ornatos, & ad præcipuas Ec-
s ac Cathedras promotos videbit.

Denique: omni exceptione maius est, quod in ipsis Synodi *Vltima.*
nuper à Contra-Remonstrantibus editis diserte legitur
41. Sessione CVII. *Doctorem Gomarum publice testatum esse
odo, se non approbare iudicium quatuor Professorum Belgicorum
cto Prædestinationis, quod putabat statuendum esse, non tantum
em lapsum, sed etiam ante lapsum in Prædestinatione à Deo consi-
i:* Vnde etiã iudiciũ ipsius seorsim à reliquis tribus Profes-
is formatũ legitur pag. 21. & 22. in eoque *Prædestinatio fa-
itur ex genere humano simpliciter non .a. ex genere humano in
umprelapso.* Ne verò quis existimet solum D. Gomarum

E huic

huic ſententiæ fauiſſe, en iudiciũ totius Synodi Suydhollandi cuius membra, præcipui clamoſiſſimi & acerbiſſimi cauſę zelotæ, Feſtus Hommius Synodi ſcriba, Henricus Arnoldi Synodi Suydhollãdicæ Præſes, Baltazar Lydius, Gisbertus Voetius, infenſiſſimi & fere primi ac perpetui Remonſtrantium hoſtes, fuerunt; hæc iſti Gomari iudicio ſubſcripſit, cum non *lapſo & peccatis obnoxio genere humano*, vti alij fere omnes, ſed ſimpliciter *ex toto genere humano, Deũ certas quaſdã ſingulares perſonas ſeligere voluiſſe* aſſerit pag. 36. Et pag. ſeq. 37. *Deum in eligendo omnes homines cõſideraſſe in pari ſtatu*, in voce Paritatis ęquivocatione ludens, quippe quæ tam ad ſtatum ante lapſum, quam ad ſtatum poſt lapſum referri poteſt. Notandum a. eſt Synodum illam istius Prouinciæ Synodum fuiſſe, in qua primitus hæ controuerſiæ natæ & poſtmodum fere adſiduè ventilatæ, agitatæ & feruentiſſimè præ quam in vlla alia Prouincia diſcuſſę fuerunt, ac proinde cui vna cum D. Gomaro accuratiſſima iſtarũ controuerſiarum cognitio tribuenda ſit. Mirum autem merito videri alicui debet, cur in Actis dicatur ſolum atque vnicum D. Gomarum in tam frequenti conſeſſu ſententiã ſuam de obiecto Prædeſtinationis diuerſam ab aliis dixiſſe, cum non pauci alij fuerint, qui hac in parte D. Gomaro adſtipularentur: Scilicet hac ratione tegenda erat fratrum diſcordia ne plures inter ſe ſed vnum tantum à reliquis omnibus diſſenſiſſe, cæteri omnes concorditer atque vnanimiter conſenſiſſe viderentur. Hac etiam ratione peruerſum nihilominus ſtudium pacis teſtandum erat, quod tolerantia tam fœdæ, deteſtandæ & horrendæ ſententiæ quæ Deum propriiſſime facit authorẽ peccati, teſtibus Dontoklokio, Molinæo aliiſque quam plurimis, conuenire inter ſe potuerint Theologi illi, qui tam inclementer ſententiã Remonſtrantium damnare & Remonſtrantes ipſos tolerantiâ ſiue ſocietate & fraternitate ſua indignos pronunciare non dubitarunt.

Ex quibus omnibus clariſſime liquere ac conſtare omnibus præiudicio non occæcatis mortalibus credimus, nequaquam veriſimile eſſe horrẽdam illam & barbarã Supra-Lapſariorum

Caluini, Bezæ, Piſcatoris, Nicaſij &c. ſententiam in Syno-
amnatam aut reiectam eſſe etiamſi in Canonibus ipſis κατὰ
ὸν expreſſa non reperiatur.

ed dato etiam & non conceſſo, ſententiam illam à Synodo
natam eſſe, an propterea difficultas omnis ſublata erit? Ne-
quam, imò ne minima quidem ex parte. Etenim optime
nt Remonſtrant. ac ſe noſſe non vno ſcripto teſtati ſunt,
re Contra-Remonſt. ſententias circa obiectum Prædeſti-
nis & fere duobus modis: Alios ſtatuere obiectum eius
inem nondum a Deo conditũ, neque adhuc in peccatum
pſum, ſed ſaluabilem, creabilem, labilem &c: Alios, homi-
in peccato Originali per tranſgreſſionem Adami poſitum.
oc non eſt vnicum illud quod eos male habet, neque illic
us eos maxime vrit, vtrumne Deus prædeſtinans ho-
m hoc aut illo modo conſiderauerit. Etſi enim primam il-
upra-Lapſariorũ ſententiam non falſam tantum, ſed cru-
ac barbaram eſſe credant, perque eandem Deum autho-
eccati ſolum & proprijſſime conſtitui, fatente id ipſo Pe-
olinæo in ſua Anatome Arminianiſmi, tamen in eo totum
ltatis momentum ſitum non eſt. Siue. n. primo ſiue ſe-
modo conſideretur homo, tota tandem res huc redit, &
vno cardo difficultatis vertitur, quod tam illa quam iſta
ntia adſeratur, Deum minimam humani generis (ſiue vt
ati, ſiue vt in peccato Originali iacentis, conſiderati) par-
bſque vllo in fidem & reſipiſcentiam ipſorum intuitu, ad
m elegiſſe, & voluiſſe vt pro illis ſolis ita electis Ieſus Chri-
oreretur ac pretioſiſſimum ſuum ſanguinem funderet, in
luificam fidem efficere conſtituiſſe, illis ſolis omnia pec-
pſorũ non ſolum quæ in Adamo olim commiſiſſe dicun-
d quę ipſi propria & deliberata voluntate ſua perpetrarint,
poſterũ perpetraturi eſſent, quantumcunque fœda, hor-
& multiplicia forent, remittere ſtatuiſſe, quin imo, multo
quam nati eſſent, remiſiſſe, & tandem ſaluare propoſuiſſe:
ontra vero Deum noluiſſe multo maximam humani gene-

Etiamſi reieciſſet Synodus ſententiã Supra-Lapſariorum, difficultas tamen præcipua adhuc maneret.

ris partem ad vitam eligere aut saluare, nec Christum pro
mortem dare, nec vllum salutare beneficium illis conferre
ope atque auxilio sese possent conuertere, ne quidem qu
eos serio & expansis brachiis inuitat, sollicitat, adhibitisqu
cibus & supplicationibus hortatur vt se convertant & ab æ
perditione immunes præstent; sed decreuisse, vt infinitæ h
num myriades, propter Adami transgressionem in pecc
& resurgendi seseque conuertendi impotentiam, per diu
punitionem prolapsę, absque vlla misericordia ęternis & a
simis inferni ignis cruciatibus ac pœnis addictæ nasceren
in illo statu permanerent ad finem vsque vitę, quodque am
est, vt cum ex illo quasi in meliorem à Deo per Euangeliu
cantur, in infidelitatem & contumaciā nouam pręcipitar
quo grauiori deinde & atrociori reatui ac damnationi
centur, & quidem nullum alium in finem quam vt hac r
gloriam istam libertatis & dominij absoluti consequatur
pro arbitrio suo creaturas suas tam possit damnare & pe
quam saluare.

Hæc sunt quæ Remonstrantes vrunt & scrupulum
eorum non leuem inijciūt, hæc eos semper pessime habu
& hæc sunt illa quæ Canonibus hisce Synodicis adsert
ac stabilita.

Occurritur obiectioni. Attamen objicies fortasse cōtra hæc, quod in fine Can
suorum declaret Synodus disertis verbis se non modo n
noscere, verum etiam toto pectore detestari eos qui
Deum nudo puroque voluntatis arbitrio absque omni vllius pecc
spectu vel intuitu, maximam mundi partem ad æternam damn
prædestinasse & creasse.

Videtur quidem hæc obiectio prima fronte coloris a
habere, sed si propius in ipsa verba descendas, apparebit
tantum esse fascinandis imperitorum oculis; quin imò re
tius introspecta, miraberis offucias tam crassas & pudenc
nodum cuiquam facere voluisse. Quid enim? Anne affirm
Deteguntur impostura nodus se toto pectore detestari sententiam illam, *Quo*
ma

...iam hominum partem absque vllo in peccatum intuitu præterire, ... æternum exitium prædestinare voluerit? Absit, ne γρῦ quidem ...ce rei in verbis est, sed attende quæso Lector ad impostu...ibus se tegit Synodus. *Synodi multiplices, cum sententiâ Supra-Lapsariorum reijcere videri vult.*

...mo, quod tantummodo neget, doctrinâ Ecclesiarum Re...atarum quæ Canonibus istis adserta atque expressa est, sic ...sonãt verba. *Hæc est perspicua, simplex & ingenua Orthordoxa ... Articulis in Belgio controuersis doctrinæ declaratio &c. vnde ...o paret, eos, quos id minime decet, citra veritatem &c. inculca...oluisse NB. Eâdem doctrina Ecclesiarũ Reformatarum &c. doce...um absque omni vllius peccati respectu maximam mundi partem ...rnam damnationem prædestinasse & creasse.* Nota bene quod *Prima.* Eâdem illa doctrina, quæ sc. Canonibus istis cõprehensa ...xpressa est, illud doceri. Cur vero ita loquitur? Quia Præ...ationem in Canonibus suis Synodus ordiri videtur in & a ...hominis & supra lapsum ascendere inconsultũ iudicauit. ...ro an idcirco reijcit Synodus, horrendã illam & sacrã Su...apsariorum sententiam? Nihil minus. Etenim inconse... est; Doctrina ista, quæ hominem lapsum considerat vt ...um diuinę Prædestinationis, non docetur maximam hu... generis partẽ absque omni vllius peccati intuitu ad æter... damnationem prædestinasse ac creasse, Ergo sententia eo...ui Deo obijciunt hominẽ increatum & nondum lapsum ...octrina reijcitur. Vt iam non dicamus de eo, quod in voce ...inę & in verbo Docendi fraus latere possit. Sollicite enim Sententiam & Doctrinam distinguere aliàs solent Con...emonst. Negant n. non rarò doceri a se ea quæ ex animo ...a sentiunt ac credunt.

...l esto, Concedatur Synodum hisce verbis non voluisse ...e, quod tamen nimis verisimile est, animaduertendum ve...cundo loco, quibus ac qualibus verbis ac phrasibus ad sen...m suam enunciandum vtatur Synodus, *Deum* ait *non Præ...asse aut creasse maximã mundi partem ad æternam damnationem ...: omni vllius peccati respectu atq; intuitu.* Sub hisce verbis non *Secunda in verbis Prædestinandi & creandi ad damnationem.*

vna fraus latet. I. cum ait Deum non prædestinasse maxi
mundi partem ad damnationem absque vllo peccati resp
Idem enim affirmabunt ij, quos certum est & indubium P
stinationis obiectum statuere hominem antequam vt cr
nedum vt lapsus a Deo consideraretur. Nec mirum; disti
nibus enim sese tegunt cum inter Reprobationem & Præ
nationem ad damnationem siue Prædamnationem discri
faciunt. II. cum aliud esse dicũt Prędestinare & creare ad
nationem, aliud Prædestinare & creare ad interitum. De
quiunt, multo maximam hominum partem absque vllo i
catum ipsorũ respectu reprobauit & creauit ad æternũ exi
At vero neminem mortaliũ præodinauit vel damnauit ad
nam damnationẽ (Damnationis vocem obserua, quâ no
caussa vtitur Synodus) sine respectu peccati interueni
Fundamentum sententiæ est. Quia cum damnat Deus
dum, iudicis partibus fungi dicitur, qui sententiã contra
pronunciat, ac proinde peccatum antegressum vt merit
culpam respicit. At cum reprobat ad æternum exitium,
luto iure suo vtitur veluti αὐτοκράτωρ & nulli iuratus Don
qui sine peccati aut transgressionis intuitu creaturas su
ctat prout vult. En fraudes & fallacias verborum, quibus
imperitæ plebeculæ præstringuntur, ne intelligant sen
ipsius arcana & abominanda mysteria.

Tertiũ in vocibus Absque omni vllius peccati respectu atque intuitu.

Tertio, illud insuper considerandum diligenter venit,
Synodus dicat se reijcere & detestari sententiam quâ stat
Deum maximam mundi partẽ præordinasse ad æternam
nationem, *absque omni ullius peccati respectu atque intuitu*:
bene, scrupulosam dictionem, *Absque omni ullius peccati re*
Etenim cum Prędestinationem orditur in lapsu Adami, f
quidem Deum aliquatenus respexisse in humanum gen
peccato obnoxium in & cum Adamo, ac per consequens
ruptione & labe peccati Originalis, quã ex eo fluere asser
fectum: Sed respectus hic & intuitus, quem Deo tribuun
est respectus in peccatum ut caussam meritoriam, p

maximam generis humani partem actu reprobat Deus.
minus: Reprobationis enim nulla alia caussa à Synodo agtur, quam Dei beneplacitum. Et hinc est, quod Synodus nxiè dicat, Non omnem respectum peccati à se excludi. enim non diffiteatur respicere Deum in peccatum, (quia llud præsupponitur, non potest non intueri illud Deus; enim quicquam eum latere potest:) nunquam tamen far, respicere Deum in peccatum, ita ut propter illud tancaussam impulsivam προκαταρκτικὴν siue meritoriam rere & ad Gehēnæ æternos cruciatus ordinare quemquam Hac enim ratione semper se tueri solent eiusdem excetræ ıes. Si Deus peccato motus fuisset ad reprobandum, utinnes reprobasset nemine excepto, quia omnes peccauet Adamo. Ex quo liquet non sine causa Synodum ita circtè locutam esse.

arto, non minus attendendum venit quod dicat Synodus cludi à se respectum *ullius* peccati. Cum *ullius peccati* dicit r quidem respectum aliquem cōcedi posse in certum aliɔeccatum Adami, quod vid. ante quinque annorum milquod excurrit, inscijs & ignaris ijs, qui reprobantur, perū est, & quod ex primo illo necessario sequi dicunt Origiɛccatum; non verò respectum in peccatum vel peccata, ıalia, quæ ab ipsis illis qui reprobantur adultis ex delibeɔluntate sponte atque ultro commissa sunt: qua tamen in cultas tota vertitur. *Quarta in vocibus ullius peccati.*

into, Sed & posito quod peccatorum personalium respeıon excluderet Synodus (quod tamen solicita illa dictio, *ccati*, non permittit) neutiquam tamen adhuc constaret um concedere respectum in peccata talia, quæ ij qui redicuntur evitare potuissent si voluissent. Et nisi hoc diıihil dicitur. Redibit enim alioquin tandem res tota rurespectum unici Adami peccati. Quin imo si propius retur Articulns Tertius Cap. 3 & 4. apparebit manifestè, peccata ista futura sint: Etenim in hunc modum loqui- *Quinta in voce peccati.*

 tur

tur Synodus. *Omnes homines concipiuntur in peccato, & nas filij iræ, inepti ad omne bonum salutare, propensi ad malum, in p mortui & peccati serui, & absque Spiritus S. regenerantis gr Deum redire, naturam deprauatam corrigere, vel ad eius correc se disponere, nec volunt, nec possunt.* Ex quibus verbis non o liquet, dato etiam, sed non concesso, Synodum sub voce ti, cuius respectum atque intuitum in reprobatione hor à se non excludi affirmat, etiam ea comprehẽdere voluis p cata, quæ personalia dicuntur, puta impœnitentiam, infi tem, inobedientiam, idololatriam &c. non tamen alia p intelligi à Synodo posse, quam quæ reprobis illis ineui sunt. Etenim quandoquidem ad euitandum peccata il *gent*, vt Synodus ait, *Spiritus S. regenerantis gratiâ*, eam reprobis Deus facere nullo modo vult, necessario conse fieri non posse vt illa peccata euitent & declinent, sed e nolint, vi peccati primi & corruptionis cui subiacent, v bo Euangelij ipsis mandatur, vt se conuertant & creda atrocissima illa peccata, puta infidelitatem, inobedienti pœnitentiam aliaque similia incidant, non minùs nec quam molare saxum pondere & mole sua deorsum in vergit, vtque nihilominus deinde propter ista ineuitabi peccata ad æternos & horrendos inferni cruciatus præo dicantur. Equidem siquis hæc propius consideret, r non leues habiturus est, cur credat Synodum cum toto histrioniam exercere & præstigias facere omnibus v Etenim quis non, audita voce peccati qua Synodus vtit rum ac propriè dictum peccatum, siue liberam contun intelligi ab eadem crediturus est? & tamen cum peccat quale diximus respici à Deo dicit, peccatum nomine ten catum intelligat necesse est. Reprobus enim quem Deu uit cæcitate, & consequenter impotentia credendi, nor peccare potest non credendo & non obediendo, cum ip datur vt credat & obediat, quam cæcus cui per sentent dicis oculi effossi sunt, peccare potest, non legendo c

ndum proponitur atque præſcribitur.

æc res tanto magis notatu digna eſt, quòd ſuſpicionem in- Synodum non abhorrere à ſententia eorum, qui ſtatuunt mum neceſſario atque ineuitabiliter lapſum eſse, nec re- iare hæc duo, eſum Adami de fructu vetito peccatum pro- dictum eſse, & tamen Deo ita ordinante illum neceſsario iſse ſeu Adamo ineuitabilem fuiſse: Etenim ſi reprobo- peccata vere peccata eſse Synodus agnoſcat propter quæ nandi illi ſint, licet ex Dei ordinatione ineuitabilia ipſis quid vetat, quo minus eadem Synodus ſtatuat Adamum peccaſſe, & tamen eundem diuini decreti neceſſitate ita rictum fuiſse, vt non poſset non peccare? Quæ res ideo ate & ſerio attendenda venit, quod huic peccato videa- perſtruere Synodus, vniuerſam ſententiæ ſuæ de Repro- ne æquitatem & iuſtitiam. Et certè non parum auget ionem hanc, quod Synodus nuſpiam de hoc Capite ſen- m ſuam dixerit, imò nuſquam reiecerit horrendum il- lacitum quorundam, qui exertè affirmare & ſcribere non ſcunt,

Colligitur Synodum non abhorrere à ſententia eorum qui Adamum neceſſario lapſum eſſe docent.

Adamum Dei conſilio & ordinatione neceſſario lapſum eſſe.

um iſto propoſito hominem condidiſſe, vt reipſa laberetur.

um voluiſſe vt Adamus laberetur.

um Adamo legem dediſſe vt eam tranſgrederetur, & occaſionem haberet ipſum puniendi.

Danæus in Iſag. pag. 149. & 144. Piſcator & alij paſſim. Piſcat. contra Schaf. Theſ. 33. pag. 29. Piſcat. paſſim.

ec inquã aliaque ſimilia abſurda atque ἄτοπα cum Syno- uſpiam reijciat, non parum augetur ſuſpicio, quod ab iſta itia non omnino abhorreat, & conſequenter etiam nec , quæ Supra-Lapſariorum eſt, etiamſi eorum tãtum ſen- m ſequi videatur, qui hominem lapſum Deo prædeſti- obijciunt. Enimuerò, ſi pro certo atque indubio habeat, um neceſsario atque ineuitabiliter Deo ita ordinante n eſſe, ecquis reſpectus aut intuitus in peccatum Deo re nte maximam mundi partem, & æternis ignibus adiudi- tribui poterit, cum peccatum illud Adami ſi ineuitabile

Piſcat in reſponſ. ad Apolog. Bertij. pag. 130.

fuerit

fuerit, peccatum propriè non ſit, ſed nomine tenus pecca
dici debeat? Certè ſi peccati illius reſpectus fundamentũ e
horribilis illius diuinæ reprobationis æquitas & iuſtitia
ti dicitur, liberrimum fuerit neceſſe eſt. Nam ſi illud liber
& ab omni neceſſitate immune nõ fuerit, ecquod itaq; li
imo ecquod peccatum fuiſſe dicetur, cui tam horrenda ſe
tentiæ, quæ maximæ mundi partis æternum & lamentabil e
tium concernit, atrocitas ſuperſtruetur? Primo profecto
non datur. At ſi primum neceſſarium: Ergo nullum lib um
quia reliqua omnia neceſſario ex primo fluunt, iuxta id u
apud Zanchium alioſque legitur, *Deus vt ſua gratia deſtit*
probos, vt non poßint non peccare, ita etiam eos ad hanc condition
ſtinauit, vt non queant non facere ex natura ſua. h.e. varia ad
ſcelera. de Nat. Dei pag. 554. item: *Non dubitamus cõſiteri ex*
tabili Reprobatione neceßitatem peccandi & quidem ſine reſip
ad mortem vſque peccandi, eoque æternas pœnas dandi reprobis
bere pag 571. alia ed. 743. 744. Siquis hic regerat Synodũ
tis verbis Artic. 7. affirmare, *Hominem ſua culpa in pecca*
exitium prolapſum eſſe. Ille ſciat, iſta ratione Synodum ſe n
liberare à ſupradicta ſuſpicione. Nam. 1. in hanc ſententi
quuntur etiam ij, qui hominem increatum Deo prædeſ
obijciunt, quique cõfidenter ſcribere non reformidãt, *T*
ctos, quam reprobos, ad peccatum vt peccatum à Deo præordina
quatenus ex eo gloria Dei bonitate ipſius illuſtranda erat. Item
voluiſſe vt Adam peccaret, &c. Nec mirũ: Exiſtimant enim
eſſe ἀντίϛοιχα Creare hominẽ vt peccet, ſiue, Velle vt pe
hominem tamen liberè peccare ac peccati reum fieri.
ſcat. in Notis ad Duplic. Vorſtij pag. 217. *Etſi rebellio rep*
pendet à voluntate Dei antecedente, abſoluta, & irreſiſtibiliter
tamen illi per hoc à rebellionis culpa excuſari non poſſunt, nec
item pag. 223. *Cum Deus hominem ad peccatum neceßitat, vt e*
pter peccatum puniat iuſte agit, quia habet poteſtatem hominem
nandi prout vult. Item contra Taufrerum pag. 47. *Etſi rep*
damnationem, & ad cauſas damnationis ſint deſtinati & creat

Non poteſt ſe tueri Synodus ab hac ſuſpicione Verbis Artic. 7.

Zanch. de Natura Dei, lib. 5. Theſ. 4. de Reprob. pag. 555. alia edit. pag. 572.

uant & ſint vaſa plena fæcibus peccatorum, non tamen inde ſequi- uod abſolutum Reprobationis decretum cauſa ſit omnium flagitio- & ſcelerum in mundo, quia præter ſcelera & flagitia reproborum in lo, alia ſcelera & flagitia committuntur, nempe ab electis. Dein- ſa etiam Synodus ſtatuit, reprobos eo ipſo quod non cre- peccare & damnationis ac pœnæ grauioris reos fieri, cum n ex altera parte adſerat atque adfirmet fieri non poſſe vt ant & pœnitẽtiâ peccati ducantur: At vero ſi in his neceſ- peccandi & reatus pœnæ ſimul conſiſtere poſſunt, quo mento adducemur vt credamus Synodum eodem modo rimo peccato Adami non ſtatuere? Nullo profecto ſolido erisimili indicio id fieri poſſe, iurare auſimus: Si quis expe- ntum facere velit, næ ille pretium operæ facturus eſt.

tqui tamen, inquiet aliquis, Synodus Articulo Quinto Pri- Capitis doctrinæ fatetur, *Incrudelitatis vt & omnium aliorum torum cauſam ſeu culpam neutiquam eſſe in Deo, ſed in homine.* a eſt, Synodi hæc verba ſunt, mi Lector, ſed attende dili- ter quam vafrè, ſubdolè & circumſpectè ea prolata ſint. Pri- cum ait, in Deo non eſse cauſam ſeu culpam aliorum pec- rum. Duo enim vocabula ſimul coniungit tanquam ἰσοδυ- ἰυτα, vt ex particula *ſeu* patet, *cauſam* ſeu *culpam*. *Oſtenditur Synodi Vafrities & fraus in combinandis Vocibus Cauſæ & Culpæ, ut mentem ſuam tegat.*

Quo ipſo habet iam quo ſe & fraudem ſuam abunde tegat, & plicioribus fucum faciat. Etenim fac eſse qui diſertè affir- at, ſicut quidam affirmare non verentur, Deum aliquatenus ſam peccatorum dici poſse, paratam tamen ſemper habe- t exceptionem nihil à ſe contra Synodi ſententiam adſeri, n Synodus duabus vocibus æquipollentibus vtatur *cauſæ* ſci- t & *culpæ* & in Deo cauſam ſeu culpam peccatorum eſſe ne- . Se autem cum Deo cauſalitatem aliquam ſiue efficientiam cati tribuunt, culpam tamen peccatorum neutiquam ei- n tributam velle. Exceptionem hanc alicuius pretij eſſe ex conſtat, quod non pauci Doctores in ſcriptis ſuis, expreſſis bis affirment, Deo, etiamſi hominem irritet, impellat, inci- vrgeat, adeoque cogat ad peccatum, imo in homine pecca-

tum

tum operetur, id eſt, ſi propriè loquimur, etiamſi cauſa pec-
ti ſit, neutiquam tamen culpam peccati tranſcribendam
Rationem dant Zuinglius & Keckermannus, eo quod De
non ſit poſita, qua obligetur ad contrarium, ſed homini
Addunt ad confirmationem: Sicut Taurus cum nunc
nunc illas vaccas promiſcua & vaga Venere init, adulterij c
non tenetur, ſed homo, ſi cum aliorum vxoribus rem hab
eo quod huic, non illi, prohibens lex lata ſit; ita Deus pec
ſeu culpa non tenetur, cum creaturam ad hos & illos actus
uet, ſed tantummodo creatura ipſa, quia ei lex prohibens
eſt, non Deo.

Sed, eſto, Synodo non fuerit propoſitum ſub harum vo
æquipollentia fraudem tegere, en aliud duplex κρησφύγ
quod in voce *Cauſæ* paratum ſtatim habitura eſt.

In voris æquiuoca Cauſa vſurpatione. Primum, quando expoſitura mentem ſuum prolixius,
tebitur Deum ordinare, decernere, imo velle quidem vt pe
tum fiat, ac proinde peccata non poſſe non fieri, ex hypot
decreti illius; attamen propterea tamē decretum Dei non
cauſam peccati. Quomodo, inquies? En fraudem Lector.
Cauſæ nomine latebit, appellabitque Cauſam rerū illud, q
rem ipſam producit atque efficit, ſiue quod in ipſum effec
operando influit. Deum autem hac ratione peccatum
operari, ac proinde peccati cauſam non eſſe inquiet. D
quidem non velle dare gratiam neceſſariam ad euitandum p
catum, velle ſubtrahere gratiam vt homo labatur, ſiue per
tere velle (id enim vnum & idem eſt) eaque ordinatione &
luntate Dei poſita, hominem non poſſe non peccare: At De
tamen non operari ipſum peccatum. Quod ipſum effugi
quam profecto inſulſum ſit ac rancidum, exemplo hoc co
monſtrari poteſt. Cum Sol Horizontem noſtrum deſerit,
nebræ efficiuntur in aere, ſiue hemiſphærio noſtro, non q
Solis diſceſsio ab Horizonte, efficiat & operetur proprie te
bras, ſicut præſentia Solis efficit atque operatur lucem & c
rem in aere. Nihil minus: Sed quod ad diſceſsionem illam
ceſſ

io consequuntur tenebræ, nõ minus quam ad præsentiam ux & calor. Certè siquis præfractè vrgere velit proprie- vocabuli *causæ*, habebit quod cavilletur, si quis discessio- lam Solis causam tenebrarum esse affirmare volet. At si 1o & bono agere velit, optimè dictum iudicabit Solis di- n ab Horizõte causam esse tenebrarum, etiamsi tenebras e positiua non efficiat. Eadem est ratio peccati, cũ Deus llius dicitur, vti ex sequentibus clarissimum fiet.

undo, quando ad ἐξήγησιν phraseos *Causæ peccati*, decla- iteri se quidem, Deum causam esse actus qui peccatum cui peccatum adhæret, sed non peccati vel peccami- is ipsius, vt barbaro vocabulo rem exprimamus. Exem- ia, Deum fatebitur causam adulterij, homicidij, furti, cij, fraudulentiæ &c. quatenus actus sunt aut operatio- iæ non possunt aliunde quam ab ipso Deo vt omnis enti- ie operationis, ac proinde omnis motionis, prima atque ali causa, esse atque proficisci: Sed quatenus actus illi, m homicidium, adulterium, furtum, peccata sunt, ab e ea esse dicet, & sic Deum eorum caussam non esse. ratione fatebitur Synodus, Deum causam fuisse, seu vo- tque effecisse, vt Adam de vetito fructu comederet, quia ere actus erat, qui non poterat non causari à Deo; At us ille peccatum erat, eatenus ipsum Adamum causam sse, non Deum. En Philosophicum εὕρημα, quo tanquam se tegit Synodus. Qui capere potest capiat. Et sub hisce ocationibus fraudem suam occulit Synodus, quam aper- lucidè detectam videre est in Respons. Clarissimi & ce- mi Theologi D. Iohannis Wtenbog. quam opposuit in- acobi Triglandij libro, cui titulum fecit, Apologia glo- octrinæ Reformatarum Ecclesiarum.

Refutatum εὕρημα est in Actis synod. part 2. pag. 252. 253. & pag. 181 182. 183.

tio, siquis hæc ipsa verba propius perpendat, contrarium ex ijs concludetur, vid. Synodum non abhorrere à sen- illâ, quâ statuitur Adamum necessariò atque ineuitabili- sum esse: Ratio est, quia expresse ait, *tam infidelitatis, quam*

aliorum peccatorum culpam non esse in Deo sed in homine. Inde infertur. Si infidelitatis illius, quæ in reprobis tam nece[...] est, vt prorsus impossibile sit ipsis, cum vocantur ad fidem & [re]sipiscere iubentur, credere ac resipiscere, culpa est in ho[mi]ni non in Deo, & omnium peccatorum culpa pari ratione, q[uo in]fidelitatis culpa, in homine solo sit, non in Deo, quid obst[at q]uo non simile vero videri possit Synodum statuere, omnia pe[cca]ta, etiamsi eorum culpam dicat in homine esse non in D[eo], n[e]cessaria atque ineuitabilia tamen homini esse, ac proinde [in]dum etiam Adamo, licet eum necessitate ineuitabili D[eo] ordinante in peccatum lapsum credat, culpam nihilo [in] totam transcribere posse? Quisquis profectò, ad hasce [...] fraudes & dolos animum propius aduertet, non poterit [...] tinere, quin credat Synodum id tantum operam dedisse, [...] uolucra & latibula phrasium quarumdam conquireret, [...] horrida sua placita tegeret, atque absconderet; vtque pu[...] sam & cæroma haberet, quo mangonum instar fucaret, [...] sima ista doctrinæ suæ sensa, ne turpitudine sua lectori ta[...] fastidium atque horrorem parerent.

Attamen regeret tandem forte quis; Synodus in Con[clusio]ne suorum Canonum, reijcit atque detestatur eorum o[...] nem qui statuunt, *Reprobationem eodem modo, quo electio [...] & causa fidei & bonorum operum, esse causam infidelitatis & i[...] tis*:

Aperitur propius & genuinus sensus orationis illius æquiuocæ qua Synodus vsa est in Conclusione sua.

At verò hic iterum consideranda venit ἀμφιβολογία [...] dica, qua studio & dedita opera vsa est Synodus, ne ex vi[...] te directè contraveniret Doctoribus illis, quos Herôas [...] mina Reformatæ Ecclesiæ habebat, & vt nihilominus [...] contrauenire & contradicere videretur, in gratiam eor[um ...] cruda ipsorùm placita auersari solent & respuere, atque i[...] dium cursum teneret, id est, vt salua manente sententia [...] ribus vulgi aliquid daret. Vt videas lector verum esse q[...] citur, attende diligenter ad vocabula ista sub quibus frau[...] *Causa* sc. & *eodem modo*. Videri n. vult Synodus, seriò & [...]

hc duo reijcere 1. Reprobationẽ eſſe cauſam infidelitatis & tatis. 2. Reprobationem eodem modo infidelitatis & imis cauſam eſse, quo Electio fons eſt fidei & bonorum m: Atqui quis tam ſuffænus & obeſæ naris erit, qui non gat Synodũ hâc ratione Piſcatori crudè & non accõmoatis teneris vulgi auribus ſenſa efferenti ex obliqúo quam ſcribere voluiſſe in gratiam vulgi ab iſtis cruditatibus orianis, imo à Piſcatoris nomine propterea pluſculum ie iudicio abhorrentis, vt à Piſcatore hac in re diſſentire tur: cum tamen eam nullo modo lateat, eandem prorſus omnia cum ſua Piſcatoris eſſe mentem & ſententiam, nelam vel leuiſſimam inter illam & hanc quæ Canonibus ſa eſt, quod attinet rem ipſam, differẽtiam dare poſſe, vid. am neceſſario & ineuitabiliter, infidelitas & impietas quantur Reprobationem, quam fides conſequitur Elem; ita vid. vt non minus impoſſibile ſit, eos quos reproDeus, credere & reſipiſcere, quam eſt impoſſibile eos legit incredulos & impœnitentes manere. Enimuero & ſententia Doctorũ illorum nõ eſt, quaſi reprobatio ad m cauſæ proprie dictæ efficeret & produceret infidelita impietatem, nedum quaſi eodem modo produceret, initem quo electio fidem producere dicitur à Cõtra-Rem. iquam; Reprobatio n. non poteſt efficere aut producere lulitatem ad modum cauſæ, vti ſc. ſutor calceos facit, & dijs ſuis calorem producit in aere: ſed tantummodo per m cauſę deficientis, vel vti abſentia & diſceſsus Solis inrizontem noſtrum cauſa eſt tenebrarum; Natura rei id m facit omnibus qui λογομαχίας & verborum cauillos ot: Alioquin ſi pari cauillatione vti in voce cauſæ & iure is experiri liberet, dici non minore iure poſſet, ineptè peram Electionẽ cauſam fidei dici à Contra-Rem. Electio em eſt actus purè putè in mente Dei immanens, qui extra i in homine nihil efficit aut producit, & ad quem ſolumper vim & potentiam aliam quam Deus iuxta electionis decre-

decretum exercere vult, & de se emanare facit, fides seq
quæ res fortasse Synodum mouit, vt postrema periodi
non dixerit *Electionem esse* causam fidei, sed tantummod
fontem. En stropham Synodicam! Verumtamen Piscatoris
esse mentem quam indicauimus, Synodum latere non p
si primoribus tantum labris gustauit scripta ipsius, aut n
scitanter post meridiem legi audiuit ea, quæ à Citatis Rem
eam ad rem ex Piscatore allegata fuerunt: Planum siqui
est Piscatorem distinguere inter decreta Dei, vel duplex p
facere decretum Dei, vnum quod appellat *effectiuum*, quo
nodus causam facit, alterum *Efficax*, quod non proprie e
rem, sed ad cuius positionem necessario existit id quod
vult aut intendit Decretum Reprobationis, est decretun
efficax ratione infidelitatis, quia posito illo decreto necel
infidelitatem sequi, at non effectiuum, quia infidelitatem
priè non producit aut efficit. Exemplo res illustrari potest
homini quem natura cæcum aut potius ob crimen aliquo
cæcatum esse nouit, præscribit & mandat, sub pœna ca
aut alterius grauissimi supplicij, vt edicta Regia prælegat
mulget, etiamsi proprie & præcise loquendo, causa dici ne
quod cæcus ille non legat, nec promulget edicta, cæcitas n
ei inest, proxima & proprie dicta causa est, optimo iure t
vel ethice causa dici poterit eius quod cæcus ille, non leg
quasi deficiat ab officio imperato & reus fiat pœnæ grau
non quidem efficiendo siue producendo in illo lectionis
ctum, sed lectionem illi imperando quem legere impossibil
& proinde in quo post imperium istud non potest non
defectus legendi. Eundem ad modum, inquiunt, agit
cum ijs quos reprobauit: primum n. eos propter Adami t
gressionem puniuit cæcitate mentis, ita vt ex priuation
cæci & rerum spiritualium ignari nascantur, & in lucer
niant, nec minus impossibile sit illis credere Deo mand
quam cæco legere ea quæ imperantur. Et tamen his talib
punitis, nihilominus præscribit ac mandat, vt credant sub

minat

lone grauissimi supplicij & æternæ condẽnationis. Quod icit Deus, non efficit quidem in illis incredulitatem & nitentiam, sed mandato suo causa est, siue facit Deus, vt isi increduli fiant, quia impossibile est, ex vna parte fieri credulos, nisi mandatum fidei præcedat, & posito fidei ito tales non possunt non, ob innatam istam cæcitatem utatem, increduli esse & manere. En rursum sophisticum a, & nouum lenocinium in verbis *causæ* & *eodem modo*, ntentiam horrendam ita palliat Synodus, vt quamuis animo probet, ab eadem tamen abhorrere videatur. O lentum agendi modum! Sed non ignorarunt artes has, emata & fallacias Citati, qui easdem detexerunt in scri- s Synodo exhibitis, & laruas illas pro virili sua Contra- nst. detraxerunt.

Vide part. 2. Actor. Synod. pag. 18. 19.

CAP. III.

o deteguntur Synodi fraudes, cum 1. affirmat electionem ad salutem sse in Christo: 2. cum ait Christum fundamentum esse salutis, absque disertè dicat eum esse fundamentum electionis ad salutem: Ex quo de- igitur, quod hac declaratione sua Synodus vniuersam de merito & sa- ne Iesu Christi doctrinam funditus destruat atque euertat.

cundus dolus qui in Articulis Primi Capitis doctrinę Re- ormatæ obseruandus venit, est, quod Synodus Artic. 7. rofiteatur, *Electionem ad salutem factam esse in Christo.* pronunciato videtur Synodus recedere à sententia eo- ui Christum subordinant electioni, & eorum accedere tiæ, qui Christum electionis fundamentum faciunt. uidem primo intuitu videtur, Benigne Lector. Sed si ad- animum, fucum videbis: nam 1. cum Synodus asserit, e- em factam esse *in Christo*, non considerat Christum vt torem inter Deum & homines, & vt talem ordine prio- ectione. Nihil minus: sed tantum considerat Christum vt Patri coessentialẽ, per quem Pater omne quod vult ex- roducit atque efficit: iuxta quem sensum electionem fa-

Quid sibi velit Synodus cum asserit Electionem factam esse in Christo.

ctam esse in Christo, aliud nihil iuxta Synodi sententiam quam electionem factam esse per Christum, prout phrasin explicarunt Contra-Remonstrantes in Collatione Hagien. 67. edit. Bert. Hanc esse Synodi mentem apparet ex verbis immediatè ἐξηγήσεως causâ subiungit Synodus, cum ait, *NB etiam ab æterno Mediatorem & omnium electorum caput, salutis fundamentum constituit (Deus) atque ita eos ipsi saluandos dare decreuit.* Cum ait Christum Mediatorem & electorum caput constitutum esse, electosque illi saluandos dari, indicat se credere electos aliquos fuisse antequam Christus Mediator constitutus esset. Item, cum dicit, Christum a Patre constitutum fundamentum salutis, electionis autem fundamentum esse affirmat, non obscurè significat se credere Christum non esse fundamentum electionis, aut propositi diuini vt Confessio habet, sed tantum executorem electionis antea factę & fundamentum solummodo salutis. Factam quidem per eum, prout vnus est cum Patre & Spiritu S. Deus, Electionem ab ęterno, sed eundem (nota emphasin vocis) *etiam* constitutum esse Mediatorem eo fine, vt electionem factam exequeretur. Quę observatio quanti ponderis ac momenti sit docere nos potest, celeberrima illa lis quę super ista re D. Gomaro cum D. Martinio in Synodo fuit, illo negante, hoc vero asserente Christum esse fundamentum electionis, tantis animis, tantaque contentione zelo, ut parietes ipsi loquerentur & resonarent ingentem ... Synodus intra priuatos parietes concordiam vnanimitatem consensum aluit. Si quis huiusce concordię indicium velit consulat Acta Synodi Nationalis & quantum sententia D. Martinij a cæterorum sententijs circa illud Caput differat ... negotio animaduertet.

Synodi sententia funditus euertit vim meriti & satisfactionis Christi.

Et hęc res propterea parui facienda non est, quia ex ea constare potest, quam reuerenter, quantoque in pretio habeat Synodus meritum Christi & satisfactionem eius pro peccatoribus, cum declarat electionem factam esse à Deo antequam Christus Med-

iator à Deo deſignatus aut conſtitutus eſſet: neque enim quicquam poteſt, quod magis euertendę funditus doctri-le ſatisfactione Chriſti facere queat. Ratio manifeſta eſt. ı fruſtraneum adeoque impoſſibile prorſus eſt, Mediatorē iem deſignare ad reconciliandum eum qui offenſus am-non eſt, aut in gratiam reducendum eos, qui iam in ſum-: flagranti gratia ſunt. Atqui ij quos Deus elegit ad ſalutem, mma gratia ſunt apud Deum, ijſque Deus offenſus am-non eſt: Ergo fruſtraneum adeoque impoſſibile eſt Ieſum ſtum Mediatorem conſtitui, qui Deum reconciliet & ele-in gratiam apud Deum reducat. Accedit, quod dicere ionem factam eſſe in Chriſto, id eſt, per Chriſtum qua-; Deus eſt, ſit Scripturam ludibrio propinare. Eadem e-ratione nec minore iure licebit affirmare electionem fa-eſſe in Spiritu ſancto, id eſt, per Spiritū ſanctum, quia per vt Deo eſſentialem Pater & Filius operantur. Hæ & hu-generis non paucę aliæ abſurditates obſeruari poſſunt, ı Citatis Remonſt. in ſcriptis ipſorum DD. Delegatis ad dum exhibitis animaduerſæ, & prolixè ſatis refutatæ ſunt. *Vide Acta Synodi, par. 2. pag. 59. 60. &c.* hic veluti digito indicamus, eo pertinēt, vt intelligas, Be-le Lector, Synodum æquiuocationibus dubijsque phraſi-ıis id tantum propoſitum ſibi habuiſſe, vt præſtigias tibi ue faceret, eamque animo tuo opinionem injiceret, quod ſtum ſtatuit fundamentum electionis ad ſalutem, cum ni-inus quam idipſum verum eſſe credat, tantumque inter luo, Chriſtum eſſe fundamentum electionis, & Chriſtum undamentum ſalutis, diſcrimen ſit, quantum inter lucem ıebras.

CAP. IV.

In quo perſpicue ac dilucide retegitur palpabilis quædam impoſtura S[...] ſum in Concluſione Canonum ſuorum videtur cum deteſtatione & toto [...] rejicere ſententiam eorum, qui aſſerunt quoſdam fidelium liberos in in[...] ſua morientes à Deo ab æterno reprobatos & reiectos eſſe, & tamen nihilo [...] indicia non obſcura relinquat ſe à ſententia iſta neutiquam abhorrere, a[...] tem eam inter indifferentes reponendam iudicare.

TErtius dolus obſeruatu digniſſimus eſt, Quod Synd[...] in Concluſione ſua aperte profiteatur, *ſe non tantu[...] agnoſcere, ſed toto pectore deteſtari eos qui aſſerunt, [...] fidelium infantes ab vberibus matrum innoxios abripi, & Tyran[...] Gehennam præcipitari*: Hac enim aſſertione & Theſi ſua ind[...] alterum horum videtur, Aut improbari à ſe ſententiam qu[...] dam Contra-Remonſtr. quos in iſta ſentẽtia eſſe & pro ea [...] rimè contendere conſtat; Aut falſo & per calumniam à Re[...] ſtran. ſententiam iſtam Contra-Remonſt. attributam & [...] gnatam eſſe.

Sed obſecro te mi Lector, fumus eſt qui oculis tuis obji[...] Neutrũ efficiet vnquam Synodus. Etenim Contra-Rem[...] plurimos horrendum illud placitum tenuiſſe & mordic[...] ſeruiſſe, tam manifeſtum eſt ex ipſorum ſcriptis, quæ hinc [...] allegata ſunt a varijs & nominatim a Citatis 15. vt Solem i[...] ridie lucere negaturus facile ſit is, qui hanc tam apertam [...] tatem in dubium vocare audebit. Deinde neque vllum v[...] uidenſe indicium in verbis hiſce datur vnde colligi que[...] nodum ab iſto placito alienam eſſe, aut aliquatenus abho[...] Quin imo, ſi verba quibus Synodus vtitur propius conſid[...] habebis non leues cauſas ac rationes credendi Synodum [...] tantum non abhorrere ab iſta ſententia, ſed etiamnum e[...] tanquã indubiæ ac certæ adſtipulari, quidquid videri velit [...] animo ac pectore eam deteſtari ac reijcere; Neque enim [...] rat quantum damni atque detrimenti cauſæ ipſorum acc[...] rum eſſet, ſi reſciſceret populus iſtam ſententiam a Synod[...]

Videſis Syllabum Teſtimoniorum par 2. Act Synod pag 44 45 46 ſub lit F. 3.

am & confirmatam esse. Enimuero vide sis, quam solli-
ıam anxiè ac veluti ex composito verba sua formet Sy-
ıo, inquit, se *non tantum non agnoscere, sed & detestari eos,*
ınt multos innoxios fidelium infantes a Deo in Gehennam præ-
: Euge quam bellè! *Multos*, eosq; e *Innoxios* infantes, ait:
ibi vult Synodus quæso, cum negat *multos Innoxios* ab
ıs abripi & præcipitari in Gehennam? Etenim nullos in- *Synodi impostura in voce, Innoxios.*
vllo temporis momento innoxios esse firma fide tenet,
d, nõ minus quam adulti per peccatum Adami, & quod
uere fatetur peccatum Originis, noxæ ac culpæ impliciti
ribus, imo ab vtero matris, teneantur, & innocentia at-
egritate prima Originali destituti, corruptã ac peruer-
turam atque indolem, dum adhuc a materno sanguine
, in lucem secum trahant. Fierine potest vt multos In-
infantes præcipitari in Gehennã credat Synodus, cum
m quidẽ, siue ex fidelibus, siue ex infidelibus parentibus
, innoxium esse statuat? Næ Saturninæ illi in oculis lemæ
ıi fucum hic non videt.
nde, Synodus declarat se non agnoscere, imo detestari
ıi affirmãt multos innoxios infantes fidelium in Gehen-
ræcipitari a Deo: At quid sibi vult Synodus cum *fidelium* *Altera Synodi impostura cum Electorum infantes negat in Gehennam præcipitari.*
s dicit? Quinam sunt fideles isti quos Synodus fideles
? Profecto alij esse non possunt, quam qui ab æterno ele-
tã Deo. Fides enim vera in alijs esse non potest, ex sen-
Synodi quam in electis, quia electionis, vt ait, fructus est.
mens verborum, quibus Synodus hic vtitur, erit, Nullos
es quorum parentes ab æterno electi sunt, & in tempore
Deo donãtur, ab vberibus matris abripi, & in Gehennam
ıitari: Reliquos infantes quod attinet, non tantummodo
i ex Iudæis, aut Ethnicis alijsque impijs hominibus na-
ır, sed etiam qui ex eiusmodi parentibus nascuntur, qui
tis luce collustrati Christianam Religionem profitentur,
ıellos infantes suos Baptismo, tanquam gratiæ diuinæ si-

gnaculo, tingendos Ecclesiæ Iesu Christi sistunt, qui pu
coram facie Ecclesiæ rogati profitentur se credere *infa
in Christo sanctificatos, esse ac propterea tanquã membra Eccle
baptisandos esse*, qui ab ipsa Ecclesia monentur ac iuben
dere *ideo Baptismum liberis ipsorum conferendum esse, quod r
ta, id est, remißio peccatorum & Spiritus S. N B. fidei effector
minus quam adultis competat, item, quod hæredes sunt regni D.
deris ipsius*, quiq; insuper vitam viuunt innoxiam & incu
cæteroquin ab æterno a Deo ad salutem electi non sun
iusmodi, inquã, tenellos infantes quod attinet, qui mult
mam infantium partem faciunt, omnes sine discrimine
ribus matrum suarum auelli & in Gehennam præcipit
ibidem ęternis flammis & ignibus cum damnatis homi
diabolis deuoti, torqueãtur & crucienter, Synodus non
dummodo soli illi excludantur, quorum parentes electi
æterno. Ah! Ah!

In publica Baptismi forma, quã passim post Biblia Belgica reperire est. Catech. Palat. Respons. 74.

Tertio, Sed necdum etiam manifestũ satis est ex verbi
inter reprobatos & qui a matrum vberibus abripiãtur &
hennam pręcipitentur, non censeri a Synodo infantes n
los, qui ex verè fidelibus parentibus nascuntur, & in tene
te ista diem suum obeunt; tantummodo enim ex verbis
Synodũ non credere eiusmodi infantes *Tyrannice* a Deo
pitari in Gehennã. At cur non, obsecro, simpliciter neg
cipitari, sed cum modo addito *Tyrannice?* Emphasis est
ista, mi Lector, quam operæ pretium est adnotari. Eten
κρησφύγετον siue latibulum prębet ijs, qui aperte profitent
probationẽ etiam locum habere in vere credentiũ liberi
fantia sua morientibus. Nam si Synodi Canõ talibus obij
paratam semper habent exceptionem, veluti in naufragi
lam, sententiam Synodi esse, Reprobationem talium infa
Tyrannicã non dari, ac idem sese ingenue sentire ac cred
cent. Nam quãdo Deus tales infantes reprobat non cred
men sęse dicent Deũ in morem Tyranni qui certa lege a
gitur, sed in morẽ absoluti Domini & αὐτοκράτορος agere, c

Tertia detestanda impostura in Voce Tyrannicè.

o suo facit quod vult, neque vlla lege, cuius transgressio
nis sit, tenetur. Atqui id a Synodo hic damnari expresse
it. En latissimam portam a Synodo apertam, per quam
itur immisericordes & crudeles isti adsertores. Vin fidem
iusce rei fieri Beneuole Lector? Percurre quæ a Caluino,
Zuinglio, Martyre, Zanchio, Nicasio vãder Schuyren,
ore, Paræo, Perkinso hac de re scribãtur. Videbis id vnum
re semper & calamo esse, vt postquam firmis lateribus &
aci spiritu horrendum istud de infantibus fidelium car-
ecinerunt, Deum tantummodo a Tyrannidis crimine &
vindicent, tanquam si sufficeret Deo tribuisse rem Tyran-
priam, & titulum vel notam Tyrannidis ei solam ademis-
vos, o pij & honesti parentes, quanto id vobis solatio erit,
ligatis tenellos illos vestros, nudos, acutissimi sẽsus infan-
ecens adhuc a sanguine materno calentes, cum fletu &
mis ab vberibus maternis pendentes, quos sine intima
iseratione & viscerum omnium commotione doloribus
issimis tentari & cruciari non videtis, auelli & abripi ab
us matrum suarum, & præcipitari in æternos & lamenta-
ruciatus, sed absque Tyrannide? Poteruntue blandulæ,
ulæ, & delicatissimi sensus animulæ, infantiles adhuc, quæ
dexteram & sinistram nondum dignoscere valent, distin-
& dijudicare, vtrumne flammæ & ignes, quibus æternum
ibuntur, a Tyranno, an vero ab absoluto Domino accen-
ir? Apagesis barbaras, immanes, & impias distinctiones, &
nas diabolicas, sub quibus dum aliud agere velle videtur
dus, blasphemam sententiam suam, veluti venenum sub
fronde vipera, abscondit.

CAP.

CAP. V.

Clarius multo detegitur hypocrisis & dolus Synodi, quo vsa est in A Primi Capitis dum vid. in eo videri vult sententiam illam horrēdam, d busdam fidelium liberis reprobatis, damnare ac detestari, reipsa tam non damnat nec reprobat.

OPponet fortasse quispiam ijs quæ præcedente cap bis animaduersa sunt, verba Art. 17. Cap 1. quib nodus aperte ac rotunde declarat, *Quandoquidem luntate Dei ex verbo ipsius nobis est iudicandum, quod testatur fidelium esse sanctos, non quidem natura, sed beneficio fœderis ti, in quo illi cum parentibus comprehenduntur, pij parentes de el & salute suorum liberorum, quos Deus in infantia ex hac vita e dubitare non debent.* Hæc verba, inquiet, arguere videntu & per calumniam Synodo impingi id, quod cap. præce indicatum est, cum expresse declaret, Parentes pios, de el ne & salute suorum liberorum quos Deus in infantia e vita euocat, dubitare non debere.

Pulchra profecto & speciosa oratio hæc prima fronte tur; at quæ in recessu nihil solidi, sed fucum merum h Etenim

Synodus non audet disertis verbis siue aperte profiteri, Nullos fidelium liberos in infantia morientes rejectos esse.

Primò, çur claris & disertis verbis non profitetur Sy se credere nullos omnino infantes fidelium in infantia vita decedētes a Deo reiectos aut reprobatos esse ad ętern tiū? Cur tam solicitè, tam anxiè, verborū circuitibus & am bus vtitur, vt enunciet sensa mentis suæ hunc in modum, *doquidem de voluntate Dei ex verbo ipsius nobis est iudicandum parentes non debent dubitare?* Vtique si crimen hoc diluere rorem illum horrendum, execrandum, nulli non pio ac inuisum atque exosum, propter quem pessimè apud o æquos rerum æstimatores audit doctrina Contra-Remc se procul esse demonstrare & testatum facere voluisset, ex tissimis, ad exprimendum significantissimis, & minime ἑλικτοῖς phrasibus vsa fuisset. Sed ne aculeum sibi ipsi si

a

) infigeret Synodus, circumlocutione hac ad fallendum
ıdentiores vti sine dubio voluit.

:undò, quę causa esse potuit quod Synodus ad confirman- *Scripturæ locus quo Synodus vtitur, ἀπροσδιόνυσος est, & ad probãdum id de quo quæritur prorsus nihil facit.*
ẋ stabiliendum Thesin suam clariora & solidiora testimo-
Scripturis non depromserit, aut saltẽ ea quæ in receptis
ılis Ecclesiarum eam ad rem allegari solent; nominatim
/latth. 19. & Marc. 10. *Sinite paruulos ad me venire, talium*
'st regnum cælorum? sed acquiescit in citatione loci ad
mandum Articulũ ineptissimi & futilissimi, qui sua pro-
ıanitate diffluit, adeo vt qui eius authoritate niti & se tue-
t, continuo animo fluctuaturus & hęsitaturus sit, vtrum-
to statuere queat Liberos suos in infantia decedentes,
)atorum ordini accensitum non iri. Locus enim qui alle-
lesumtus est ex 1. ad Corinth. cap. 7. vers. 14. *Maritus in-*
ãnctificatus est in vxore, & vxor infidelis sanctificata est in vi-
qui certe liberi vestri impuri essent; nunc autem sancti sunt.
) hic locus nequaquã agit de sanctitate tali, ex qua certò
queat, eum cui illa tribuitur electum esse a Deo, & certo
ım iri, quod tamen Synodus citatione loci illius probare
it. Ratio euidens est. Quia in eodem illo textu legitur,
'dum adhuc infidelis est sanctificatum esse in vxore fideli & vi-
ã, *vxorem dum adhuc infidelis est sanctificatam esse in marito*
:aque si illatio Synodi iusta ac legitima sit, ex ea cõseque-
i necessitate, fidelem maritum de electione & salute vxo-
dum adhuc infidelis est, & vxorem etiam fidelem de ele-
& salute mariti sui dum adhuc infidelis est dubitare non
; cuius conclusionis quanta sit absurditas per se patet. En
olidum fundamentum subministretur parentibus a Sy-
quo certi ac persuasi reddantur de liberorum suorum in
a morientium electione ac salute.

tiò, Dato tamen at non concesso, textum hunc de ista *Ex ipso loco allegato euincitur, Synodum fraudulenter hunc Articulum cudisse.*
ıte agere cui superstrui possit fiducia de electione & salu-
, cui illa sanctitas tribuitur, Quomodo, quæso, seruiet
:i Synodicæ, quod fideles parẽtes de liberorum suorum

qui in infantia moriuntur electione neutiquam dubitare beant, probandæ & stabiliendæ? Nam si dubitare non deben eorũ electione quia textus illos sanctos esse dicit, vtiq; nec d tare etiam debẽt de electione eorundẽ cum adhuc in viuis s quia textus simpliciter sine ulla consideratione, vtrumne vi an mortui sint, affirmat illos sanctos esse. Dices fortasse, Qu diu in viuis sunt fieri potest vt ad infidelitatẽ & impietatẽ pi bantur, & sic ostendant ac demonstrent operibus suis se ctos non esse: Atqui posito etiam fieri id posse, & posse etia eo colligi electos illos non esse, quod tamen colligere c impossibile est, alterutrum statuatur necesse est. Aut fieri it posse, vt aliqui electorum electione sua & salute, in qua ii tes steterant, excidant in ætate adulta sua & sic reprobi f Aut si hoc fieri nequeat, vti fieri posse Synodus negat, tun ctitatem illam cuius hoc in loco mentio fit, non suffice hoc vt ei superstruant fideles parentes certam & firma electione & salute infantium suorum in tenella ætate ex discedentium fiduciam & persuasionem.

Exceptioni occurritur & deteguntur diuersæ fallaciæ & æquiuocationes Synodi in hoc argumento.

Regeres fortasse, esto, Synodus in huius loci citation peram egerit & a prandio nonnihil dormitauerit, vti fieri manet nihilominus tamen adhuc principalis ipsa Synodi c ratio, qua expresse profitetur, *Pios parentes de electione & infantium ex hac vita discedentium dubitare non debere.*

Sed amabo te Beneuole Lector, Quæ certitudo aut fi relinquetur pijs parentibus si fundamẽtum, cui eam supe Synodus, vacillet ac laboret? fierine potest vt arenoso f stabile ædificium innitatur?

Prima

Secunda

Veruntamen, fac etiam fundamentum, id est, locum non omnino inconcinnè allegatum esse, nihil adhuc eff erit. Quid enim est quod declarat Synodus? *Quandoquide de voluntate Dei ex verbo ipsius nobis est iudicandum &c. Ita parentes de suorum liberorum electione &c. dubitare non debent.* tionem ex qua Thesin suam deducit Synodus, & obserua festum qui in ea latet dolum. Etenim cur non debere du

p

arentes asserit Synodus? Quia vid. de voluntate Dei ex
ipsius iudicandum est. Atqui demus parentes aliquos esse
: voluntate Dei ex verbo ipsius iudicium faciant (posito
quod de reprobatione infantium ex fidelibus parentibus
um & in infantia morientium mentio non fiat in verbo
uod non facile admissuri sunt Contra-Remonst.) nihilo-
; tamen incerti adhuc hæreant necesse est, iudicio Syno-
us, de voluntate Dei proprie dicta illa, a qua electio & salus
rum dependet, etiamsi iuxta præcedens iudicium ex ver-
:i factum dubitare eos non debere de liberorum suorum
one & salute dicat Synodus: Ratio est, Quia ex sententia
di fieri potest, vt iudicium parentum conforme sit verbo
o, & tamen vt idem iudicium difforme sit, aut saltem non
eniens cum voluntate Dei illa a qua dependet electio, quia
o particularis huius vel illius personę eiusque salus depen-
on à voluntate signi quæ verbo reuelata est, sed à volunta-
eplaciti, quæ arcana dicitur, quia verbo reuelata non est.
necessariò consequitur, fieri posse vt quis de reprobi ali-
imo de sua ipsius propria electione & salute, etiamsi à
eprobatus sit, dubitare non debeat, quando iudicium de
tate Dei ex verbo ipsius facit, quin imo vt de electione &
tum illius tum sua persuasissimus esse debeat, iuxta verbi
i normam. Exemplo reproborum res manifesta fiet. Illi
licet à Deo ab æterno arcana ipsius voluntate reiecti sint
e & spe omni salutis, tamen iuxta Synodi sententiam non
s tenentur credere se electos esse, & Christum pro se mor-
esse, quam electi: propterea quod Deus verbo suo ipsis
let ac iubeat, vt in Christum credant. Quamobrem quæso?
fundamentalis hæc est. Quia verbum Dei, vt ipsi loqui so-
generatim affirmat voluntatem Dei esse vt omnes saluen-
ad agnitionem veritatis perueniant, non indicando in
e & indiuiduo quinam illi sint qui a Deo reprobati sunt &
i; & tamen idem verbum iuxta illos affirmat esse arcanam
dam Dei voluntatem, qua nonnulli imo maxima generis

humani pars à ſalute reiecti ſunt & reprobati, vnde effic
etiamſi fiat vt iudicium parentum de Dei voluntate confc
ſit verbo diuino generatim voluntatẽ Dei proponenti & r
danti vt voluntati iſti diuinæ fides habeatur, nihilominus tà
cum arcana Dei voluntate, qua hi & illi infantes nominati
electione & ſalute excluduntur, non conveniat. Et quis obſ
erit qui certam fidem facturus eſt parentibus, qui ad hæc
mata Synodi animum aduertunt eaque non perfunctorie
ſiderant, Synodum eadem iſtâ ratione adductam non fuiſ
adſeruerit pios parẽtes de electione & ſalute ſuorum infan
ex hac vita decedentiũ, dubitare non debere, eo quod vide
in verbo Dei generaliter *Sancti* appellentur, & de ipſis n
natim reprobatis decretum factum eſſe ex verbo Dei par
bus conſtare nequeat? ô Fraudem pluſquam Punicam!

Tertia Tertio, Sed & manifeſte ſatis conſtat, prout antea obſ
uimus, ex textu quem Synodus in Articulo ipſo allegat,
eſſe ipſiſſimam Synodi mentem, cum ait *parentes pios non*
dubitare: Etenim ſic procedimus, Si parentes pij non de
dubitare de electione & ſalute ſuorum infantium cum in i
tia moriuntur, quia textus ſacer eos *ſanctos* eſſe dicit, nece
itaque eſt, vt alterum horum concedatur, Aut omnes fide
liberos, nullo excepto, iuxta diuini verbi ſentẽtiam electos
aut eos tantum omnes electos eſſe, qui in infantia moriu
Si hoc poſterius dicatur, tum ratio ſiue cauſa cur pij parent
electione & ſalute ſuorum liberorum non debeant dubitare
eſt iſta quæ in textu legitur, quia videlicet ſancti ſunt liber
alia quam textus non habet, videlicet, quia ij qui ſancti ſu
infantia ſua moriuntur. Et poſito quod ratio ex textu deſ
ſolida eſſet, ſaltem id ſequeretur, parentes pios de infantiu
orum recens in lucem editorum, cum nullius adhuc pecc
ctualis rei ſunt, aut rei eſſe poſſunt, imo cum iam ad Baptiſ
adducuntur, aut cum baptizati ſunt, electione & ſalute c
eſſe non poſſe, antequam moriuntur & ex viuis decedun
prius illud dicatur, manifeſtum etiam eſt perperam ad ei

ionem adduci textum illum Apostoli, qui generatim de
us fidelium liberis affirmat eos sanctos esse, nulla ratione
an supra viuant nec ne; Aut si nihilominus velimus tex-
um rectè atque ordine allegatum esse, tum necessario al-
horum duorum dandum erit: Aut itaque omnes fidelium
sine discrimine saluatum iri, & vi electionis perire non
Aut siquidem dicatur fieri posse vt pereant & salute sua
titate illa qua de textus loquitur excidant, tum certissi-
sse atque indubitatum, sanctitatem illam cuius mentio
xtu, ineptè pro ratione allegari à Synodo, qua quis per-
iat de electione & salute eorum quibus illa sanctitas tri-
. Ac proinde Synodum phrasi ista, *Non debent dubitare*,
aliud quid designare voluisse, quam quod parentes ple-
: persuasi esse debeant de liberis suis quod à Deo electi &
erum saluandorum peremtoriè adsciti sint. Apparet hu-
:i veritas manifestè ex eo, quod Theologi Magnæ Britan-
iudicio suo super Primo Remonstrantium Articulo pag.
mare non dubitent, *Ad rationem electionis diuinæ siue ponen-
: tollendam, circumstantiam ætatis esse quiddam impertinens &
rari:* ac proinde in illis non minus quam in adultis, quip-
communi massa peccatorum positis electionem locum
:, quem in finem allegant loca ex Prospero & Augustino
sententiam illam suam stabilitum eunt. Deinde quod
ogi etiam Heluetij generatim statuant sine vllo discrimi-
rum infantes in infantia moriantur nec ne, *Christianos
s de salute suorum infantulorum minimè dubitare debere*. pag.
ia ipsis & liberis ipsorum facta est promissio: Genes. 17.
o. 16. Act. 2. 39. quod Theologi Suydhollandicæ Synodi
is declarantes pag. 39. ita efferunt. *An reprobatio quoque
abeat in infantibus fidelium in infantia sine peccatis actualibus
tibus, existimamus non esse curiose inquirendum. Sed quia ex-
Scripturæ testimonia, quæ fidelibus parentibus omnem de electi-
salute horum infantium dubitandi ansam præcidunt, existima-
ijs esse acquiescendum*. En fascinum nimis manifestum! Di-

cunt non eſse curioſè inquirendũ vtrum in infantibus fid
in infantia morientibus reprobatio locum habeat, & ſim
men teſtimonia eſſe affirmant quæ omnem de electione
lute talium infantium dubitandi anſam parentibus præci
& in ijs acquieſcendum eſſe. Cur curioſe vetant inquir
quod clarum & apertum eſt? quod extra dubitationis alea
ſitum eſt? Certe eo ipſo quod hoc curioſe inquirendum n
ſe dicunt, fatentur non obſcure certum non eſſe ea certit
cui ſubeſſe falſum nequit. Alioquin enim quis curioſæ in
tionis metus eſt, ſi tã clara teſtimonia obuia ſunt vt dubit
omnis anſa præcidatur? Vtique alterutrũ dicatur neceſſe e
inepta eſt hæc oratio, aut fraus ei ſubeſt ad fallẽdos incau

Quæres forte quę itaque genuina verborũ Synodi ſit ſe
tia, & quid ſibi velit Synodus cum ait, *Pios parẽtes non debere*
tare de electione & ſalute ſuorum infantium. Reſpondemus.
voca eſſe verba & duobus modis ea accipi poſſe. Primos, v
debere idem ſit quod, officium non eſſe piorum parentum
tare de infantium ſuorum electione & ſalute, eo quod iud
ſuum regulare debeant ad verbum Dei, quo nominatin
continetur hos aut illos infantes reprobatos aut reiectos
eſſe: vbi enim id non fit caritatis iudicio locum dandum
quippe cuius officium eſt meliora ſemper credere ac præſ
quamdiu contrarium non apparet, etiamſi fieri poſſit vt c
rium verum ſit, id eſt, vt reiecti & reprobati ſint infantes e
etiam cum in infantia moriuntur, & ab vberibus matris
auelluntur. Secundo, vt *Tò non debere* idem ſignificet quo
tum eſſe certitudine diuina, abſque vlla, vt loquũtur, form
oppoſiti, ſiue potius, certitudine non caritatis tantum, q
quæ facilè fallitur, ſed fidei, cui ſubeſſe falſum non poteſt
ſenſu nunquam interpretabitur Synodus verba hæc ſua, ſe
ori illo quem indicauimus: prout non obſcurè id ex ante-
locis liquet & diſertè etiam profitebatur non infimæ no
vulgaris iudicij Paſtor inter cæteros ad Synodum vocatu
arcana Synodi perſpectiſſima ſibi eſſe non vno docume

obis fecit, cum ab aliquo Citatorũ rogatus, vtrumne cum
us dicit pios parentes non debere dubitare de electione
e suorum infantium &c. mens ac sententia Synodi esset,
es certos ac persuasos esse debere certitudine fidei, non
s præsumtione; respondebat in forma: Id non dicit Sy-
. Noli dubitare Lector, quin hic vir doctissimus optimè
ecquod mysterium sub istis verbis lateret, & quo fine
cumspecta oratione vsa esset Synodus. Quod fœlix itaq;
um sit, Benigne Lector, pulcherrime equidẽ prospectum
parentibus à Synodo, vt in posterum securi esse possint,
is suis. Equidem est quod gratiam habeant Venerandæ
Dordracenę pij parentes, quod in Canonibis hisce tam
ducię suæ de tenellorum infantium suorum, cum ex hac
edunt, electione & salute argumenta reperiant.
isce omnibus facile colligere potes, Amice Lector, qui-
issimum curis, quibus occupationibus sese fatigauerint
q; temporis impenderint Caluinistæ Dordraceni. Pro-
verum fateri velimus, aliis nullis, quam vt ex vna parte
erent & accumularent quam plurima per quæ Remon-
; magis magisque in odium adduci possent, & sententia
speciosè traduci; ex altera parte, vt omnis generis fucos,
ssas & ceromata conquirerẽt quibus fœdã, execrandam,
no cuique abominabilem sententiam Supra-Lapsario-
os vocant, adulterarẽt & incrustarẽt, ita quidem vt licet
imo fauerent atque adstipularentur, aliam tamen quan-
eciosiorem probare atq; amplecti viderẽtur, populoque,
erunque ac caducę fidei, persuaderent, sibi nihil cum eo-
ui Deo prædestinanti homines non creatos objiciunt,
ia commune esse. Quæ causa etiam est cur nunquam sen-
eorum nisi pessima fide propositam damnauerit, aut,
ctum antea in omnibus fere Concilijs Antiquorum fue-
iathema ei apertè dixerit Synodus, factura sine dubio
auatè id ipsum nisi non tam metuisset vt committeren-
r se Respublicæ (quam causam exterorum Theologo-
rum

rum non nemo prætexebat, cur Piscatoris sententia non naretur in Synodo) quam vt conscientijs suis quæ sentent suffragabantur vim faceret. Itaque vt tum suo animo, tum sioni plebis consulerent, æquivocationibus ludere malue rati fortasse neminem futurum qui fucum istum olfaceret. videtur Amice Lector? Annon sacrosancta & solēnis Iura religio Dordracenos hos Patres in officio continuit, v dissimilatione aut hypocrisi sententiam dicerent, & nihil aut odio in alteram partem darent?

CAP. VI.

In quo breuiter expenduntur omnia Capita quæ tanquam erronea S in hoc Primo doctrinæ Capite rejicit: simul etiam liquido ostenditur, parum fideliter, candide & amice in eorundem recensione & refutati gesserit.

Mala fide Synodus vtitur in recitandis erroribus quos vocat.

VEruntamen, age, videamus nunc quænam ista (sint quæ erronea esse Synodus censuit ac iudicaui prout recensita sunt à Synodo propius considere seruabis non paucas voces, phrases, periodos eorundem p sitioni ac narrationi admisceri, quæ vnde aut ex quibus a ribus hausta sint ac deprompta, ne per somnium quiden quam cogitauerit.. Si addita vbique fuissent authorum n à quibus, & loca ex quibus singula deriuata essent, de cor mente ac sententia propius inquiri posset; At Synodus sam longè agendi rationem init: Sine Consule, sine die, si stis omnia recenset. Et non aliter sæpenumero egisse vi quam

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere si velit & varias inducere plumas.

Enimvero videtur Synodus ingentes & monstrosas Cl ras sibi in aëre finxisse & fulgur ex pelui fecisse, ne cum le bus ac laruis pugnasse, sed vt ipsissimos aduersarios debell causæ iugulum petijsse crederetur. Vix siquidem articulu

qui non instar centonis alicuius Homerici vel ex variis
sque laciniis hinc inde avulsis, detruncatis, atque interpo-
el ex odiosis phrasibus ac periodis consutus sit ac contex-
tamen quia in frontispicio horum legitur, *Articulis istis*
ri reiectionem errorum istorum, quibus hactenus Ecclesiæ Belgicæ
rbatæ, nemo est qui nō suspicetur ex fide veroq; ea quæ re-
ur allegata esse, eorumq; omnium reos esse Remonstran-
uis non maiorem fidem ac candorem à Synodo ista, quam
æses semper Venerandam, sanctam, piam indigitabat, ex-
let? Vtique non est artis aduersarium grauare & in odium
ere, quando impingere illis quicquid calumniarum lubet,
At vero recta in illum ire, & sententiam ipsius, quam ipse
tur suam esse, candidè atque ingenuè refutare, hoc opus,
or est. Accedit Secundo loco, quod Synodum non semel
e cōperietur talia, quæ si modo odiosas & suppositicias,
m lacinias demas, vero veriora sunt, aut posito, quod
a videri possint, admodum leuicula, imo si cum illis à qui-
iciendis consulto abstinuit Synodus conferantur, nullius
; ponderis ac momēti censenda sunt. Ne dubites Lector,
teste m dabimus, & paucula ὡς ἐν τύπῳ oculis tuis subjici-
u ἐκ τοῦ κρασπέδου πάντο ὕφασμα collige.

rimo Articulo reijcit eos qui docent, *Diuinam voluntatem*
seruandis crediturus & in fide, fideique obedientia perseueraturis,
um & integrum electionis ad salutem decretum, nec quicquam
e hoc decreto in verbo Dei esse reuelatum.

H Articulus non tantum non est erroneus, sed veritate ipsa
, si modo æquivocatione (quæ in phrasi *electio ad salutem*
idi potest) sublata, talis intelligatur electio, qua homini
liatè salus destinatur, siue qua, vt clarius loquamur, salus
ii ita præparatur, vt impossibile sit istum eâ non potiri.
n distingui solet in Scholis inter electionem ad gratiam,
r electionem ad gloriam. *Electio ad gratiam* dicitur, per
à Deo certæ quædam siue nationes siue personæ seligun-
egregantur eum in finem vt illis gratiam suam offerat, &

Quo sensu Articulus hic commode accipi possit & vero verior sit.

Discrimen verum inter Electionem ad gratiam & electionē ad gloriam.

I si

ſi eam oblatam non aſpernentur, aut ab accepta non defic[...] gloriam & ſalutem æternam conferat. *Electio ad gloriam, et ſalutem* dicitur, quando Deus ijs qui oblata gratia recte [...] Euangelium ſiue verbum gratiæ vera fide amplexi ſunt, ſal[...] ipſam ac gloriam actu conferre & communicare vult. I[...] electio ad gratiam aliquatenus quidem vocari etiam poſſ[...] lectio ad gloriam, ſed diſtinctionis cauſa vocatur Electio q[...] tum ad gratiam eſt. Etenim quamuis electio qua Deus ſiu[...] pulos ſiue homines nonnullos, ex reliqua turba per vocati[...] ſuam ad fidem quaſi ſeligit & ſegregat, ad ſalutem etiam te[...] id eſt, vt ſi vocationi fidem adhibeant ſaluentur & glori[...] tur, non appellatur tamẽ proprie Electio ad gloriam, prop[...] quod fieri poſſit, vt ij, qui ad gratiam vocantur, & conſeq[...] ad gloriam, vocationi diuinæ reluctẽtur & obedire nolint, [...] ita à peremptoria electione ad gloriam & ſalutem æterna[...] cludantur, prout ex parabola inuitatorum ad nuptias, M[...] 22. Luc. 14. 16. Matth. 24. 37. alijſque locis ſimilibus no[...] cis clarè videre eſt, quæ omnia luculenter & fuſe admo[...]

Vide Acta Synodi par. 2. pag. 7. 8. & pag. 48. 49. 50. 51. 52. &c.

Citatis Remonſtrantibus in ſcriptis ipſorum Synodo ex[...] demonſtrata ſunt, vt & ea quæ ad intelligentiam celebra[...] iſtorum locorum Actor. 13. 48. & Epheſi. 1. 4. quibus Sy[...] ad ſententiæ ſuæ confirmationem vtitur, facere poſſunt, [...] guem reſecta & ad viuum excuſſa ſunt, multiſque argume[...] rationibus euictum, ea non tantum non officere Articul[...] ſed vehementer ad eius confirmationem conducere.

Locum ex 17. cap. Io. verſ. 6. à Synodo inepte citatũ eſſe oſtenditur.

Quod attinet ad locum Ioan. 17. 6. Remonſtrantes n[...] in animum ſuum inducere potuerunt, fore vt iſtum pro ſ[...] tia ſua Synodus eſſet adductura; cum Solis luce manifeſtiù[...] eo non agi de electione ad fidem ſiue gtatiam, nec de ele[...] ad gloriam ſiue ſalutem, ſed de electione 12. Apoſtolor[...] Apoſtolatum, quæ quam ſint diuerſa, id vnum euincere [...] (vt alia omittamus) quod Iudas ad Apoſtolatum electus ſi[...] dem illis electis accenſeri debeat, quem tamen in electo[...] ſalutem ſiue gloriam numero collocandum eſſe nunqu[...]

ira est Synodus: quinimo, si præfractè hoc in loco de electi-
ad gratiam agi velit, contrarium, siue id quod nos asserimus,
potius concludetur, videlicet Electionem ad gratiam ab
ione ad gloriam distinguendam esse, cum Iudas inter hos
os ad gratiam fuerit, & tamen perierit, vt legitur vers: 12. *Ex
os dedisti mihi nemo perijt, nisi filius ille perditionis*, ac proinde
onē ad gloriam adeptus non sit, eo quod propria sua con-
cia & rebellione indignum sese salute & gloria reddiderit.
cundus Articulus quem in Primo doctrinæ Capite reijcit
dus, ipsissimam etiam veritatem in se continet, si modo nō
eius, quæ si in malignum animū incidant εὐδιάβλητα sunt,
ens ac sententia genuina attendatur. Ita enim habet, *Syno-
ijcit errorem eorum qui docent Electionem Dei ad vitam æternam
ltiplicem, aliam generalem & indefinitam, aliam singularem &
am, & hanc rursus vel incompletam, reuocabilem, non peremto-
siue conditionatam, vel completam.*

Indicatur Articulum Secundum commodissima interpretatione in optimum sensum accipi posse.

quid enim verius dici atque affirmari potest, quam Deum
Max. apud sese primum & ab æterno generalem ordinem
ltis alijs elegisse, iuxta quem saluare vellet, hunc videlicet:
olos credentes in filium meum Iesum Christum saluare
Et hoc decretum, siue hæc electio vocatur *Electio genera-
indefinita*, quia per eam nemo nominatim seu in indiuiduo
ır, sed omnibus ac singulis sine discrimine eadem ratione,
do in Christum credant eiusque verbo obediant, salus &
destinatur: deinde, quid certius, quam Deum iuxta ge-
e illud de credentibus saluandis decretum hos, & illos no-
im vt credentes in Iesum Christum, ex turba aliorum in
dulitate perseuerantium ad salutem eligere? Et hæc ele-
Scholis appellari solet *singularis & definita harum & illa-
rsonarum electio.*

Distinctio Electionis in generalem & specialem vindicatur.

tro quandoquidem inter credentes non raro reperiuntur
l tempus aliquod in fide vera persistunt, sed tandem vel
& diuturna obediendi molestia fracti, vel terreni alicu-
ni spe deliniti, vel mali metu perturbati, à fide descíscunt,

Distinctio electionis in peremtoriam & non peremptoriam asseritur.

alij verò qui in vera fide ad finem vſque vitæ perſeuerant; fit vt eorum, qui ad tempus verè credunt, electio, *incomplet* *vocabilis, non peremptoria Electio* vocetur; quia videlicet ctione iſta poſita ſalus tamen non cõſequitur, non quaſi poenitentia ductus propoſitum ſuum reuocet, ſed prop quod fides eorum qui ita electi dicuntur, deſinat ac defici proinde propoſitum Dei, de ſaluandis iſtis ſiſtatur, & quaſi beatur, quia vid. Deus etiamſi pro ſua omnipotentia facil ſet, non vult tamen tales *προσκαίρους* & apoſtatas ſaluare; e vero qui in vera fide ad finem vſque perſeuerant electio, tur *Electio peremptoria*, ſiue *irreuocabilis*, quia ea poſita fie poteſt quin ſalutis actualis datio conſequatur. Hæc cum habeant, quid peccatum in eo quod diſtinctis hiſce vocib mur ad rem clarius enunciandum? Hocne illud eſt qu cleſias Reformatas turbat, & teneras Doctorum aures tãt lædit? Papæ! quis crederet? Scriptura tamen & ratio rec diſtinctionibus iſtis, earumque neceſſitate militant. Quid annon Scriptura ſępenumero eos qui profitentur ſe c verbo Euangelij, *electos, ſanctos, ſanctificatos, à Chriſto ſeru* *beatos ſeu μακαρίους appellat?* loca clara ſunt 1.Pet.1.1.2. Ioan 1.1.2. 1.Theſſ.1.4. 1.Corinth.1. 2.Philip.1.1. Coloſſ.1.1. 1,1. Iudæ verſ. 1. Matth. 5.2.3.4.&c. Et tamen inter hos no ci ſunt qui dicuntur *naufragium in fide feciſſe, à fide deficere* *abnegare*, 1.Tim.1.9.6.21.5.8.&11.&c. Atque ſi ij quos Sc ra nominat electos, ſanctos, *μακαρίους καὶ τετηρημένους*, à fid modum deficiant ac ęternum pereant, noſne peccabi eoſdem non peremptorie electos vocemus? Adde, cun ptura eos qui crediderunt hortetur ac moneat *vt ſtudea* *cationem & electionem ſuam firmam facere, &, ſiquidem ea* (quæ ipſis præſcribuntur) *futurum affirmet, vt nunquam* *gant* (id eſt, in dãnationis periculum vllum incidant) vti eſt 2.Pet.1.10. quid criminis in eo eſt, quod à nobis diſtin inter electionem peremptoriam ſiue irreuocabilem, peremptoriam ſiue reuocabilem? Annon vnum idemqu

eremptoria, quod non firma electio? Nisi profecto cui
:utum sit τὴν θέσιν διαφυλάττειν, fateatur necesse est, culpam
re nullam dari nobis merito posse.

ιique, quomodo tanquam erroneum & a Scripturis alie- eijci potest quod in Articulo dicitur, Electionem aliam fidem, aliam ad salutem, cum Scriptura eos omnes qui :ur ad fidem, & vocationi obediunt aut obedire sese ntur, Electos vocet 1. Pet. 1. 1. contradistinctè contra i vel prorsus non vocantur ad fidem, vel vocati obedire ; Atqui quis dubitet quin inter eos sint quamplurimi, qui ione tenus Christiani sunt? Quin imo, cum in Scriptura /ocatio illa, quâ ad fidem aliqui vocantur, & professio vo- i respondens disertis verbis Electio vocetur? Thessal. 1. 4. *ratres dilecti a Deo esse electionem vestram, quandoquidem Eu- m nostrum &c.* ubi per electionem intelligi vocationem lonicensium ad fidem multa docere possunt: Et tamen :m Scripturis manifestum est inter illos vocatos & fidem ntes sępè reperiri non paucos qui a fide desciscũt, Evan- abnegant, mundum rursus amplectuntur, & sicut canes ıitum redeunt; vide sis Math. 13. 20. 21. Math. 23. 12. 13. oth. 2. 18. 2 Petri 2 18. 22. &c.

Distinctio Electionis in electionẽ ad fidem & ad salutem adstruitur.

sce manifestum est, nullo jure a Synodo hanc sententiam *cerebri commentum* appellari, cum verbo Dei & optimis ra- ıs nixa sit. Tantum vero abest, ut per eandem aurea illa catena quam Apost. Rom. 8. nectit, dissoluatur, ut non eâ roboretur ac confirmetur. Nam Apostolus agit isto in e ijs tantum qui Deum diligunt & qui proinde in Iesum um credunt qua talibus: Hos ait a Deo præcognitos & stinatos esse, ad conformitatem cum imagine filij Dei, : vocari ad eandem, ut nimirum eadem qua Christus ra- c via, i. e. per affilictiones & crucem intrent in gloriam. et rei veritas ex connexione huius de quo agitur versus ræcedẽte, cui eum cohęrere particula γὰρ indicat, in isto u dicitur, *Nouimus* N. B. *ijs qui Deum diligunt, omnia in bo-*

Ostenditur catenam Apostoli Rom. 8. non dißolui & sensus loci breuiter aperitur.

num esse, ijs vid. qui secundum propositum ipsius vocati sunt, i. [i]
crediderunt & ex fide prompti paratiq; sunt subijcere se[...]
ni ac proposito illi diuino, quo ante sæcula apud seip[so]
liberato quasi & consulto constituit fideles per cruc[es]
afflictiones ad gloriam prouehere: Huic a. versui imr[...]
subnectuntur verba quæ citantur à Synodo, *Nam quos p[...]*
&c. Ex quorum verborum cohærentia clarè patet Apo[...]
de alijs nullis quam fidelibus aut diligentibus Deum q[ui]
bus agere, quia subiectum enuntiationis idem maneat [...]
est, quod in versu præcedente fuit, ne connexio disso[...]
Et certè de electis & prædestinatis, quos Synodus vocat [...]
agere Apostolum varijs argumentis & omnium quæ [...]
possunt obiectionum solutionibus, prolixè euicisse [...]
dunt Remonstr. in scriptis Deleg. Ordd. exhibitis: Qu[...]
ijs tantum qui Deum diligunt qua talibus textus affirme[t]
præcogniti sint a Deo & prædestinati ad conformitate[m]
Iesu Christo, vocati ad eandem & iustificati & glorific[...]
iustificandi & glorificandi) sint, vtique evincitur catena A[po]
stoli non dissolui, cum dicitur eos qui semel vere credi[...]
at in ista fide non perseuerant, ad istorum electorum [...]
emptoriè electi, ac proinde dubio omni procul, iustifi[...]
tiam ac glorificandi sunt, numerum non pertinere, sec[...]
ordini adscribendos esse qui non studuerunt, vel qui n[...]
runt electionem & vocationem suam firmam facere, a[...]
de à peremptoria electione, siue iustificatione & glorific[...]
cuius in hac catena mentio fit, propria sua culpa exclud[...]

In Actis Synod: par. 2. pag. 192. 193. 194. 195 196. 197 sub littera Bb.

In Tertio Articulo reijciuntur nonnulla, quæ vel à [...]
Remonst. eo quo proponuntur sensu adserta sunt, vel si [...]
semotis odiosis terminis adserta sit, à veritate aliena n[...]
vti Primo, *Beneplacitum ac propositum Dei cuius Scriptura me[...] doctrina electionis, non consistere in eo, quod Deus certos quosda[m ho]nes præ alijs elegerit.*

In Articulo Tertio alia mala fide recẽsentur, alia sine ratione reijciuntur.

Hoc n. nullum vnquam Remõstr. adseruisse certissim[...]
nisi fortè sub vocabulis, *Certos quosdam homines*, intellig[...]

nulla fidei aut obedientiæ consideratione circumscri- Beneplacitum n. ac propositum Dei in eo cõsistere, quod præ alijs elegerit ad salutem, ingenue falsum esse affirma- Cum Scriptura passim affirmet, Beneplacitum Deo esse qui ipsum reuerentur, & in vijs eius ambulant, qui credunt im eius Iesum, & ex fide mandatis ipsius obediunt, prout est, Heb, 10. 8. *Iustus ex fide viuet*; *Si quis se subducat* (.i. onfidere & ab illo bona obedientibus solis promissa spe- esinat) *in illo non est complacitum animæ meæ, verum nos non ij, qui nos subducamus ad exitium, sed qui credimus ad animæ sa-* Vide de his alia loca in eandem sententiam 1. Cor:10.5. .17.18. 19.

undum., *sed in eo, quod Deus ex omnibus possibilibus conditio-* :. non homini, sed Deo possibilibus, siue quas Deus pro a sua sapientia statuere potuisset, si voluisset) *actum fidei & itiam fidei &c. in salutis conditionem elegerit, eamque gratiosè ecta obedientia reputare, & vitæ æternæ præmio dignam censere it*, non tantum error non est, nedum error qui Ecclesias iit, sed ipsissima veritas, tantumque abest vt eâ sententiâ etur Beneplacitum Dei aut Meritum Iesu Christi, prout lus ait, vt vtrumque eâ ipsâ vehementer confirmetur. sicut beneplacitum Dei liberrimum, est eligere homines xtra Christum Mediatorem, quod Synodus vult, sed in to Mediatore & propter illum, ita etiam beneplacitum t ad salutem eligere propter Christum non alios quam ii in Christum verè credunt, & in obedientia mandato- ius perseuerant ad finem vsque: Qua ratione quis non vi- Beneplacito Dei & Merito Iesu Christi suum decus plenũ integrum constare? Et mirum est Synodum hæc tam per- fronte impingere ausam fuisse Remonst. cum eo ipso statuit quosdam absolutè electos ad salutem, tota Media- esu Christi dignitas conuellatur & labefactetur, imo me- nnis ratio elidatur & prorsus eneruetur: Beneplacitum.n. :atuitur in peccatoribus extra & citra Christum Mediato-

rem

rem & reconciliationem eius, quia electio primum bene-
esse statuitur, ex quo ipsius Mediatoris designatio depen-
Locus qui ex 2. Timoth. 1. 9. citatur, ad rem non facit, ne-
bandæ Synodi reiectioni seruit, prout fusè à Remonstr. de-
stratum est in scriptis exhibitis, & hoc vno argumento
euinci facilè potest, quia Apostolus in isto loco tantum
prima vocatione ad fidem, quæ per Euangelium fit, qu-
ctam negat ex operibus bonis, id est, ex consideratione, r-
merito aliquorum sanctorum operum, quæ ipsi antea fec-
vt legere est Tit. 3. 5. quibus motus fuerit Deus ad vocat-
illam faciendam, sed ex mera gratia siue fauore indebit-
impulsus fuit Deus ad gratiam istam faciendam ijs de
loquitur, quamque in seipso antequam tempora sæculi
inciperent proposuerit, i. e. deliberato animo & consult-
constituerit in fine sæculorum mortalibus facere. Ex hac
catione patet textum hunc nihil prorsus facere ad demo-
dum Deum non elegisse fidem in salutis conditionem:
etsi fidei & pietatis conditio non requiratur ad hoc, vt
Deo primo ad communionem Euangelij vocetur, pro-
tamen neutiquam evincitur eam à Deo non esse ordina-
qui ad fidem vocati sunt in conditionem salutis, siue co-
nem sine qua saluandi non sint: At hoc est τὸ κρινόμενον quo-
bari oportebat.

Locum ex 2 Epist. ad Timoth. cap. 1. 9 perperam à Synodo allegari demonstratur.

Vide sis Acta Synod. par. 2. sub lit. K 1. K 2 pag. 74 75.

In Quarto Articulo falso & per calumniam impingit-
monstr. quod statuant, *In electione ad fidem, hanc condition-
requiri, vt homo lumine naturæ rectè vtatur, sit probus, parv-
milis, & ad vitam æternam dispositus, quasi ab istis electio aliq-
dependeat.*

Contrarium .n. luce meridiana clarius est ex scriptis
bus Remonstrantium, & nominatim ex responso Rem-
Hollandorum ad Epistolam Walachrorum exteris Th-
inscriptam, fol 45. & alibi. Fatentur quidem ingenue, se-
re Deum ijs, qui probi, candidi, dociles, æqui & iusti ama-
humiles sunt, siue qui reliquum quod in ipsis est naturæ l-

In Quarto Articulo falso & per calumniam Remonstrantibus nonnulla impingi ostenditur.

ia ſua ac voluntaria negligentia, inaduertentia, contuma-
ertinacia aut præiudicio non ſuffocant, gratiam ſuam vl-
em non denegaturum, imò quod magis eſt, talibus ho-
us Euangeliũ Ieſu Chriſti plerumq; fælici cum ſucceſſu,
tẽ non ſine fructu, offerri atque annunciari: vt id credant,
cuntur infinitis pene ſacrarum litterarum teſtimonijs, ex
im numero, duo manifeſtiſſima ſeligi poſſunt, quæ extant
.20.21. *Qui quæ mala ſunt, facit, odit lucem, nec venit ad lucem*
uangelio credere non vult) *ne opera ipſius redarguantur: Sed*
ui facit veritatẽ (i. e. quod veritas dictat faciendũ eſſe facit,
faciẽdo non omnino alienus eſt) *is venit ad lucem vt opera*
nanifeſta ſiant, quod in Deo (i.e. diuinæ voluntati conueni-
) *facta ſint*. Ioan. 8.47. *Qui ex Deo eſt* (i. e. qui bonæ indolis
n peruerſus, non malignus, non præfractus neque indo-
udit verba Dei; Propterea vos non auditis quia ex Deo non eſtis.
n hanc conditionem neceſſario prærequiri ~~in electione~~ *Remonſtrãtes expreſſè negant, in electione ad fidem ſemper requiri vt homo lumine naturæ rectè vtatur.*
em, vti Articulus ſonat, tam longe à mente & ſententia
nſtr. abeſt, quam quod alieniſſimum, quin imò directè
lâ pugnat. Ex quo colligere licet, quantam iniuriam Rẽ-
r. Synodus faciat, cum ijs tribuit quod ſtatuant, quaſi ab
ectio aliquatenus penderet. Nuſquam .n. non voce ac
o contendunt, Deum pro liberrimo ſuo arbitratu ſæpe-
to, populos quoſdam licet profaniſſimos & peccatis plu-
implicitos, ac proinde dictamini rectæ rationis minime
nperantes, e reliqua turbâ eligere, & ad communionem
: Euangelicæ vocare, ſed addere ferè ſolent hæc duo: Pri-
, raro cum fructu & fœlici ſucceſſu Euangeliũ annunciari
q. præter naturalem cæcitatem, nouam inſuper contuma-
& rebellionem longa conſuetudine contractam, Deo vo-
opponunt, iuxta id quod ex Ioan. 10.26.5.44 alijſque lo-
tea à nobis allegatum eſt: Secundo, Deum promptum ac
im eſſe pro infinita ſua miſericordia, facientibus quod in
aut lumen naturæ, aliaque quæ ſubminiſtrantur media
ontemnentibus, nec reſpuentibus, vlteriorem gratiam

facere; ac proinde per Deum non ſtare quo minus pleriq;
ſaluentur, ſed per ipſorum illorum culpam, qui talenta qua
nori acceperunt, non rectè ad vſuram faciendam collocan
inſuper habent ac negligunt.

Articulus Quintus nihil noui cōtinet, ſed idem, quod ante ſemel atque iterum rejectum eſt, reijcit.

Articulus Quintus. Nihil noui quod ante reiectũ non
ijcit, ſed eanden cramben quam in 2. & 3. Articulis reperi
cum tædio & faſtidio recoquit & reponit: Neque vero etia
ijcit id quod falſum eſt, atque erroneum, ſed quod verita
Euangelicè apprimè conſentaneum eſt, vti ex ijs quæ a
4. Articulum annotauimus videre eſt. Loca quę in Articul
feruntur, non tantum non labefactant veritatem ipſam
eandem mirum in modum ſtabiliunt ac confirmant, que
modum eorum examen accuratum quod à Remonſtr. C
factum eſt & exhibitum Ill. DD. Ordinum Delegatis, fid
cere poteſt. Et certè in illis aliud nihil contineri certũ eſt,
quod Deus Iudęos & Gentiles multos ad gratiam non el
vt eos ſcilicet ad communionem gratiæ per Euangelij pr
tionem vocaret, conſideratione aut merito operum bon
quæ ante vocationẽ ipſi ſoli, non vero alij, feciſſent, mot
impulſus; Abſit. ſed ex puro arbitratu & liberrimo ſuo be
cito quod ipſe in ſeipſo, id eſt, proprio inſtinctu ſuo, al
vid. non irritatus, nec exſtimulatus propoſuerat & decre
Atqui quis Remonſtrant. id negaturus eſt, ac non potius
manu daturus? Verumtamen hoc notandum venit, Qu
locis iſtis affirmetur, Primò Deũ elegiſſe eos vt ſancti eſſe
ipſo indicare propoſitum Dei fuiſſe illos peremptorie a
tem non eligere, niſi primum ſancti eſſent, & in ſanctir
ſtudio perſeuerarent ad finem vſque; Deinde, amorem I
ga nos in eo patefactum eſſe, quod filium ſuum ad nos
quem à nobis poſtulare certum eſt, ſub pœna ęternæ dam
nis, & promiſſo immortalitatis, fidem & in fide perſe
tiam ad finem vſque: Ex quo concluditur electionem I
ſolutè factam non eſſe, neque profuturam vocatis ad ſa
niſi conditionem fidei ac perſeuerantiæ in fide præſtent

Loca quæ à Synodo allegantur pro Remōſtrātibus faciunt.

ex

unt, iuxta id quod dicitur Heb.3.14. *Nos sumus participes Iesu Christi, si modo principium fiduciæ,* (aut vti legitur versu 6. *am & spem de qua gloriamur) ad finem vsque firmam retinueri-* Neque vero obstare cuiquam debet, quod in textu dicatur, dilexisse nos, cum manifestum sit, dilectionem Dei pri- quâ peccatores vt tales diligere dicitur in Sacris litteris, guendam esse ab illa dilectione, qua peccatores quatenus nt & resipiscunt, diligit; Vide sis Ioan. 14.21. *Qui me dili- diligetur à Patre meo, & ego diligam eum & meipsum illi mani-* . Item versu 23. *Qui me diligit is præcepta mea seruabit, & Pa- us diliget eum, & nos veniemus ad eum & mansionem apud ip- iemus.* & clarius multo Ioan. 16. 27. *Pater meus diligit vos, os me dilexistis & credidistis me à Deo prodijsse.*

l ne in re manifesta prolixiores simus, hic sistemus nos, ex- uri donec aliquis Synodalium virorum in arenam prode- rgumentum ex locis istis exstruat, quo Articulus propo- neruetur & infringatur. Si quis id annixurus sit, facile, e Lector, videbis Entellum vires in ventum effundere & τεῖν.

tus Articulus, quo reijciuntur ij qui docent, *Non omnem nem ad salutem immutabilē esse, sed quosdam Electos, nullo Dei obstante, perire posse, & æternū perire*, nihil aliud, imo idem is continet, quod in Articulo Secundo reiectum est, & ad im doctrinę Caput non pertinet, sed ad Quintum, vbi de im perseuerantia proprie agitur. Ex hac agendi ratione, Synodus sequitur, euidenter & ad oculum quasi apparet, tissimum operam dedisse Synodum, vt multos Articulos nularet & coaceruaret, quibus totidem errores rejicere tur, cum tantum vnam eandemque rem reijciat, atque tione Remonstrantes non vnius, sed multarum ac varia- æresium reos ac manifestos esse populo persuaderet: Vbi odus Pietas? Vbi Charitas, vbi Fides vestra? vbi Cādor ille heologos Christianos, imo homines decet? Adeone odio tum est, vt æquitas ipsa proscripta & sinceritati renun-

In hoc Articulo Sexto illud ipsum plane reijcitur quod in Secundo Articulo rejectum fuit: & pertinet Articulus hic totus ad Caput Quintum doctrinæ.

 ciatum

